3/12

DISCVRSVS ACADEMICVS
IN QVO
PRÆVIA DISPOSITIONE PRÆCIPUARUM
JURIS CIVILIS UNIVERSI PARTIUM
DEMONSTRATUR

AUTORITAS USUSQUE
JURIS JUSTINIANEI IN GERMANIÆ PRIVATARVM PVBLICARVMQVE CAUSARUM JUDICIIS.

QVEM

IN ILLVSTRI IVLIA

PRÆSIDE

DN. HVLDERICO EYBENIO,
ICTO CELEBERR. JURIS CANON. ET
FEVD. PROFESS. ORD. FACVLTATIS
SVÆ HODIE DECANO, CONSILIARIO GUELPHICO, &c.
DOMINO PRÆCEPTORE, PATRONO ET HOSPITE
MVLTIS NOMINIBVS VENERANDO

AD DIEM XXIIX. AVGVSTI,
PVBLICO EXAMINI
IN MAIORI IVLEO
SISTIT

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

JOHAN. EISENHART.
Palæo-Marchicus.

HELMSTADII,
Typis HENNINGI MULLERI, Acad. Typogr.
ANNO CIƆ IƆC LXXII.

3/12

SERENISSIMORUM PRINCIPUM AC DOMINOR.

DN. GEORGII WILHELMI,
DN. IOHAN. FRIDERICI,
DUCUM BRUNSV. AC LUNEB.
CONSILIARIIS SANCTIORIBUS, CANCELLARIO ET VICE-CANCELLARIO,
Viris Illustr. et Magnificis,
DN. JOHANNI HELVICO Sinoldt/ cognom. Schützen.
DN. OTTONI JOHANNI WITTE,
Dominis & Patronis meis omni cultu & Obſequio venerandis.

Illuſtr. & Magnifici Domini.

DE Naturæ ingeniique humani operibus judicant non tantùm qui, quid res ſit, intelligunt, ſed etiam Idiotæ; tametſi hi valde extra rem loqui deprehendantur. Hominum inventis ac productis maximè contingit, habere plures, quorum alii de totâ re, alii tantùm de aliquâ ejus parte haud abſurdam poſſint dicere ſententiam. Unde Apelles haud ægrè ferebat ſutorem de calceo picto judicare; at verò, cum is egrederetur judicii ſui limites, indignabatur. Quæ ſcriptis prodeunt doctorum, aut doctrinam præ ſe ferentium, ingeniorum monumenta, tot habere ſolent judices, quot lectores. Ac nonnulli etiam non rogati ſu-

as ali-

s alienorum operum cenſuras per Terrarum Orbem diſſeminant: Cum tamen ille demùm idoneus alieni operis judex intelligentibus videatur, qui ipſe prius ſuum opus exhibuit extra juſtam reprehenſionem poſitum. Quem Vobis ſiſto Diſcurſum, VIRI ILLUSTR. ET MAGNIFICI, nullius magis quàm Veſtræ, Veſtrique ſimilium, id eſt, ICtorum, cenſuræ ſubjectum eſſe exoptem. Poſſunt quidem & alii aliquid monere; v.c. de dictione aut phraſi aliquâ horridulâ vel minùs Latinâ; de termino Philoſophico ab aliis ac aliis aliter atque aliter accepto; de aſſertione unâ vel alterâ in Politicorum Scholâ inprimis controversâ: At verò horum judicia, etiamſi contra me ferantur, aut non attingunt præcipua meæ Diſſertationis fundamenta, aut tantùmmodo leviter ea ſtringunt. Sed nec ICtorum recentiorū, qui Methodica inprimis urgent, cenſuras pertimeſco; gratias potius habebo, ſi quis mihi exquiſitam Iuriſprudentiæ Univerſæ, ita ut in ſingulis partibus, quantum fieri poteſt, eadem ſit tractandi ratio, quæ tamen rem omnem in pauca potiùs; hæc enim potiora ſunt comprehendi ab intellectu; quâm in infinita capita diſtribuat; pertexendæ viam oſtenderit. Vt Iuriſprudentiam aliam Axiomaticam, aliam Brocardicam, aliam Poſitivam, aliam Polemicam, & ſi qua alia rei univerſæ particulas, tanquam integram rem, inſigniendi nomina, ſtatuam, non poſſum adduci. Plerorumque & ſub Themidis vexillo militare ſe profitentium juvenum ingenia non adeò ſunt effuſa in diſcendi, uti Alexander

in vincèndi amorem, ut ex deſiderio ſuperandi quæ reſtant, in lacrimas abitura ſint, ſi quis eis infinitas Jurisprudentias, uti huic infinitos Mundos loquatur. Nec verò, dum modorum acquirendi, conſervandi, transferendi & amittendi inter privatos uſitatorum inſtar quoddam quandoque & in publico jure deprehendi ajo, propterea omnimodam ſtatuo publici privatique juris conſonantiam. Voluntas agendi facultatem habentis, ei cum quo agitur, ita, ut quid velit intelligi poſſit, declarata naturali ratione neceſſaria eſt ad actum cum altero gerendum, ſive publicam ille cauſam contineat, ſive privatam, & aut in acquiſitionem, aut in translationem juris cujuſdam tendat. Poſitivæ ſolennitates actuum antequam conſtituantur, indifferentes ſunt; conſtitutæ verò obſervari volunt ab iis quibus poſitæ; ejus à quo poſitæ ſunt libertate hactenus integrâ. Vobis autem, Magnifici Domini, præſentem inſcripſi Diſcurſum, ut quam erga Illuſtris Juliæ, cujus, ut ſic dixerim, in umbrâ ſtudia mea educata, Patronos gero obſervantiam, publicè recognoſcerem. Debuiſſem Veſtro Ordini inſerere magnificæ recordationis Virum, Dn. *Henr. Langenbek*, quem per biennium cenſorem & exactorem induſtriæ meæ præſentem & ocularem veneratus ſum; niſi Fata me erepti Domini domum relinquere, aliosque extra eam Patronos quærere coëgiſſent.

Dabam in Illuſtri Juliâ 24 Auguſti, An. CIↃ IↃ C LXXII.

Veſtr. Illuſtr. Magnificent. Omni cultu & obſequio devinctiſſ.

JOHAN. EISENHART.

CAPVT I.

Quod quæque civitas jus tripertitum habeat & quare. Quid ſit jus civile & quodnam ejus fundamentum.

THESIS I.

IUs univerſum quo S.P.Q.R. pace & bello utebatur tripertitum erat; *Sacrum*, quod ad Religionem & quæ cum religione conjuncta, vota, ferias, ſepulchra & ſi qua ejusmodi; *Cic. 2. de leg. Publicum*, quod ad Civitatis Statum, ejusque deſcriptionem, & omnem Reipubl. moderationem; *Privatum* quod ad ſingulorum utilitatem pertinebat, de ijs quæ privatorum poteſtati permiſſa diſponendo.

II. Iisdem poſitionibus aliorum quoque populorum jura conſtitiſſe & conſtare deprehendimus. Nam & Ius populi Ebræi, ut ex *Sacro Codice* diſcimus, conſiſtebat in Sacris, in Sacerdotibus, Magiſtratibus, officijs imperantium & ſubditorum ad belli pacisque tempora definitis, contractibus, deniq; acquiſitionibus & alienationibus rerum privatarum. Idem de Veterum Germanorum jure, quod ſine ſcripto conſtabat, quippe literarum ſecreta viri pariter ac fæminæ ignorabant, ex *Tacito* manifeſtum eſt.

III. Quod ſi civitatem templis diisque carentem, quæ precibus, jurejurando, oraculo non utatur, non bonorum cauſa ſacrificet, non mala ſacris avertere nitatur, nemo unquam vidit; vidiſſe autem neminem affirmat *Plutarchus lib. adv. Colot.* &, ſi *facilius urbs condi ſine ſolo poteſt*, (ita pergit *Plut. d. l.*) *quam opinione de diis penitus ſublatâ civitas con-*

ſtitui aut conſtituta permanere; Græca verba ita ſonant : ἀλλὰ πόλις ἂν μοὶ δοκεῖ μᾶλλον ἐδάφους χωρὶς, ἢ πολιτεία τῆς περὶ θεῶν δόξης ἀναιρεθείσης παντάπασι σύστασιν λαβεῖν, ἢ λαβοῦσα τηρῆσαι, neceſſe eſt nullam unquam extitiſſe civitatem quæ non uſa ſit aliquo jure ſacro; & ubi fuit Status civitatis per aliquot annos aut ſecula, ibi oportet fuiſſe rationem aliquam tam publicâ quam privata civitatis negotia dirigendi.

IV. Etenim ſine ordinato regimine nulla civitas diu conſervari poteſt : οὐδέν γε ἄτακτον τῶν φύσει καὶ κατὰ φύσιν, ἡ γὰρ φύσις αἰτία πᾶσι τάξεως. Ariſt. 8. Phyſic. c. 1. *nihil ſane ordine vacat ex iis quæ natura conſtant, & quæ ſtatum habent naturæ conſentaneum; Natura enim* (aut ipſa per ſe, aut mens Naturæ lumine illuſtrata) *omnibus eſt cauſa ordinis.* Ordo autem & modus regiminis civilis, publici & privati, Iure civili partim ſcripto partim non ſcripto continetur; & ipſum *Ius civile* Ariſtoteli 1. Polit. 11. in fin. πολιτικῆς κοινωνίας τάξις ἐστι, *eſt Ordo civilis ſocietatis* , τάξις δὲ πᾶσα λόγος , *ordo omnis*
Ariſt categ.c 6.t.14 *eſt ratio*, (8. *Phyſ.c. 1.*) τοῦ τὸ μὲν πρότερον εἶναι, τὸ δὲ ὕστερον *cur hoc ſit prius, illud poſterius; ſive habitudo plurium vel ratio quâ*
Cic. 1. de Offic. *diſtant ad finem certum diſpoſita.* Stoici *Ordinem ſic definiunt, compoſitionem rerum aptis & accommodatis locis.*

V. Alias ordinis illius, per quem civilis ſocietas tum univerſa tum minimæ ejus partes, Societates privatæ, conſtant & in propoſitum finem diriguntur, deſcriptio appellatur Ius civile, tanquam ſignum illius ordinis; quæ appellatio uſu recepta videtur. *Signum*, Ariſt. 11. prior. c. 27. t. 2. eſt πρότασις ἀποδεικτικὴ *propoſitio demonſtrativa i. e. declarativa rei quæ aut fuit, aut eſt, aut futura* : οὗ γὰρ ὄντος, ἔστιν· ἢ οὗ γενομένου, πρότερον ἢ ὕστερον γέγονε τὸ πρᾶγμα, τοῦτο σημεῖόν ἐστι τοῦ γεγονέναι, ἢ εἶναι. *Nam quo extante res extat , vel quo facto , prius aut poſterius res facta eſt , hoc eſt ſignum indicans rem factam eſſe, aut extare.* Sic Ius populi Ebræi cum primum

conſti-

conſtitueretur erat ſignum publici & privati regiminis futuri,& oratio vim cogendi habitura; hodie verò eſt ſignum ordinis ac regiminis præteriti; uti & cetera jura, quæ ab uſu receſsêre, orationes ſunt quæ habuêre vim cogendi. Quod autem jus præſentem publicæ & privatæ rei ſtatum deſignat eſt *λόγος ἀναγκαστικὴν ἔχων δύναμιν oratio vim cogendi habens*; quam ſtatu mutato plerumq, habere deſinit: *ἄλλος γὰρ βίος ἄλλη δίαιτα alia enim vita aliam vivendi rationem poſtulat.*

VI. Quemadmodum cujuslibet privati hominis vitæ genus eſt fundamentum, ſ. hypotheſis actionum, quas illi congruenter oportet inſtitui; ita conditio ac ſtatus cujuslibet civitatis eſt fundamentum ac hypotheſis actionum, & proinde legum quæ actionum civilium directrices: hinc præclare *Ariſt. IV. Polit. 1. πρὸς τὰς πολιτείας τοὺς νόμους δεῖ τίθεσθαι, καὶ τίθενται πάντες. ἀλλ' οὐ τὰς πολιτείας πρὸς τοὺς νόμους. Leges oportet accommodare ad Reſpublicas ſive Status Rerumpp. quod & apud omnes uſitatum; non autem Reſpublicas ad leges*, quas ſcil. ſine reſpectu ad Remp. ejusque ſcopum pro lubitu velis condere, poſtea autem fortaſſis inſtituere Rempubl. conditas leges ſubituram. Nimirum ſapiens legislator perinde ut cautus agricola intuetur, *quid quisque ferat ſtatus quid ferre recuſet.* Vterque verò rei jam actu exiſtentis quem habeat & habitura ſit ſtatum conſiderat. Status autem civitatis ſ. forma regiminis (ut hoc obiter addam) ſpeciem ſuam accipit à numero imperantium, conditionibus illorum nonnullis, & reſpectu eorundem ad finem civitatis; & ab his conjunctim ſumptis, quod erudite oſtendit *Dn. Gæz* celeberrimus Jenenſium Philoſophus *Colleg. Polit. MSS. cap. de forma civitatis §. 9.*

CAPVT II.

Non eſſe omnium ac ſingulorum populorum, nedum unius populi eandem perpetuamque tripertiti Iuris capitum definitionem.

I. Vtut verò pleraſque nationes ac populos jus dicto modo tripertitum habuiſſe conſtet, & præcipua cujuslibet partis capita, quod objectum materiale attinet, forſan eadem fuerint apud omnes: Ius enim ſacrum populi Ebræi diſponebat de Sacris & Sacerdotum officio; itidem apud Romanos & Germanos & Perſas & Græcos, etſi cerimoniæ & ritus colendi Numinis longe diverſiſſimi: & jus publicum apud omnes ad Statum Reip. & jus privatum ad actus & conventiones privatorum inter ipſos ſpectabat; cujuslibet tamen poſitionis partium ſive capitum numerus exactè definiri vix poteſt, nec ita diſtingui, quin mixtura aliqua ſacri & publici & privati juris relinquatur.

II. Nempe ut totum jus civile magnam ſui partem debet conſvetudini, & κυριώτεροι καὶ περὶ κυριωτέρων τῶν κατὰ γράμματα νόμων, οἱ κατὰ τὰ ἔθη εἰσίν *III. Polit. cap. ult. graviores ferè ac graviorum rerum leges ſunt quæ ſine ſcripto quam quæ ſcripto conſtant*; ita & memorata diſtinctio partium ex moribus utentium, quandoque tamen & ex affectione eorum qui validiores in Republ. ſolet definiri. Nam ubi ſacer ordo prævalet, quicquid vel in publico vel privato jure eminet ſacro juri ſolet incorporari; contra vero ubi alea vertitur. Sed exemplis hoc fiet manifeſtum.

III. *Cicero* in libris *de legibus* ubi exponit juris civilis capita ac ſummas legum quas ſe non populo Romano ſolùm ſed omnibus bonis firmisque populis dare profitetur, (ſcribit tamen tantum non omnia genio Romanæ civitatis tanquam ceterarum dominæ congruenter) ad jus ſacrum

refert

refert multa, quæ non ſolum ad Religionem pertinent, ſed etiam ad civitatis ſtatum. Privata quidem jura ſuo loco relinquere videtur; *quid ad Pontificem*, ait, (is erat ſacri juris antiſtes) *de jure parietum, aut aquarum, aut ullo omnino?* attamen paulo ante dixerat; *Sacerdotes vinera, virgetaque & ſalutem populi auguranto — divorumque iras provídento — quæq; augur injuſta, nefaſta, vitioſa, dira defixerit, irrita infectaque ſunto, quique non paruerit capitale eſt.* Hoc vero erat privati & publici juris arbitrium committere Sacerdotibus, qui augurari, defigere pro lubitu poſſent, certi obſequium capite ſanciri. Ipſemet hoc agnoſcit d. l. *quid enim majus*, ait, *quam poſſe à ſummus imperiis & ſummis poteſtatibus Comitia tollere, Concilia vel inſtituta dimittere vel habita reſcindere? — quid magnificentius, quam poſſe decernere, ut Magiſtratu ſe abdicent Conſules? — quid? legem ſi non jure rogata eſt tollere? nihil domi nihil foris per Magiſtratum geſtum ſine eorum autoritate poſſe cuiquam probari?* Hoc religionis & augurij prætextu Collegium pontificum totam Rempubl. in manu habebat. *Conf. l. 2. §. 6. ff. de O. I.* vid. Nic. Gru: h. l. de Comit. Rom. lib. I. c. IV. Edit. Venet. p. 86. & ſeqq.

IV. Julius Cæſar ejusque in principatu ſucceſſores non ignorabant, quid hæc *diſciplina & ars augurum* valeret, item, quid cetera dignitatum ac poteſtatum vocabula ſecum ferrent, hinc in ſemet *transferebant titulos Pont. Max. Tribunit. poteſt. Imperator. (Tacit. I. A. 2. & lib. III. cap. 58.)* donec tandem potentiæ ſecuri iſta umbracula ſpernerent principum nomine contenti. *Juſtinianus Imp. Novell. VII. c. 2.* ait καὶ γὰρ ὐδὲ πολλῷ διεςῶσιν ἀλλήλων ἱερωσύνη τε καὶ βασιλεία *& ſane non multum diſtant ab invicem ſacerdotium & regnū*; facili quippe & jam apud Perſas frequentato ex ſummi ſacerdotij dignitate ad regiæ poteſtatis faſtigium tranſitu. *Conf. Ariſt. V. Polit. c. X.*

V. Cum itaque Cæſares Auguſti cuncta nomine Principum ſub Imperium acciperent, ſacrum quoque jus publico

 juri

juri incorporarunt; quamvis jam liberâ Republ. ſummum religionis arbitrium penes Senatum fuit, manſitque ſub principibus, & cum illi Pontifices Max. forent, quod oſtendit *Scip. Gentil. Diſpp. Illuſtr. ſ. de I. P. P. R. Diſp. 1. §. 50. 51.* Sed ille quidem abuſus eſt ſua poteſtate circa ſacra, Deos recipiendo & eliminando prout è Republ. videretur. Quæ Chriſtianis Regibus & Principibus circa ſacra poteſtas competat, oſtendit *illuſtris Grot. integro tractatu* hujus argumenti, & *Magnif. Dn. Conring. de maj. civ. aut. & offic. circa ſacra.*

VI. Ex illo itaque tempore duas habuimus poſitiones juris, publicum & privatum; jure ſacro, quod Eccleſiaſtici regiminis ordinem complectitur, partem juris publici conſtituente, ut ex verbis *Vlp. l. 1. ff. de I. & I.* relatis patet. Vnde videmus in Codice pariter & Novellis de officiis & juribus perſonarum in ordine ſacro conſtitutarum, de S. S. Eccleſiis, & de rebus & privilegiis earum, de Epiſcopali audientia ſ. cognitione l. judicio, (*ita l. 8. C. de Epiſcop. audientia.*) diſponi.

VII. Nimirum & majeſtatis humanæ imperium extendit ſeſe ad religionem; ἐκείνης ἕνεκα ἐπιτάττει, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκείνῃ, *illius gratiâ præcipit ac leges conſtituit, non illi. VI. Nicom. c. ult. in fin.* Pari ratione ſcientiarum atque artium curam gerit majeſtas civilis, quarum tamen quæque proprijs nititur principijs ἀμεταπτώτοις, quæ à nulla poteſtate humana poſſunt immutari. Non utitur artis habitu ſummus imperans ita ut artifex, opera conficiendo; nec ægrotos curat, quod medici eſt; ἀλλ᾽ ὁρᾷ ὅπως γένηται ſed operam dat ut artium humanæ vitæ utilium periti adſint, iisque in civili ſocietate locum & privilegia ac jura conſtituit, providetque, ne cum damno proximi artem ſuam exerceant: unde nonnunquam præcepta artium propria à legislatore ſanciri deprehendimus: v. c. Saßung und Ordnung über die Wein / zu Freiberg / *an. 1497* auffgericht.

It.

It. *Ord. Polit. Francof. de An.* 1577. *tit.* 21. von Verkauffung der wöllen Tücher/verbottener newlich gefundener freſſender Farben; Similì modo circa religionem ſe gerit majeſtas civilis; non conſtituit principia cognoſcendi articulos fidei, non ipſam credendorum & reſpectu vitæ æternæ agendorum normam ſuopte arbitratu definit; Sed religionem veram tum introducendi, tum exercendi conſervándiq; modos rectæ rationi congruos ordinat. vid. *Grot. de Imp. Sum. Poteſt. circa ſacra c.* 2. 3.

IIX. Novam juris civilis partium confuſionem peperit reſuſcitatus in Pontificibus Romanis priſtinus ille augurii genius, qui priſcos illos pontifices, quorum Cicero meminit, agitavit. Is quidem 2. de leg. *dubium non eſt*, ait, *quin hæc diſciplina & ars augurum evanuerit jam & vetuſtate & negligentiá.* vid. quæ ex Dionyſ. refert *Nic. Gruch. de Comit. Rom. lib.* 1 *cap. IV. p. m.* 91. Sed illi quos diximus diſciplinam illam velut conſopitam excitarunt & ad nitorem priſtino majorem perduxêre, *dominium cœlo ac Dei ipſius dominio conterminum* (*ita Caraffa Epiſt. ad Vrban. IIX. præfixa Comment. de Germ. Sacr. reſt.*) uſurpando. De antiquorum pontificum poteſtate Cic. cujus verba ſupra poſui; *quid magnificentius*, ait, *quam poſſe decernere ut Magiſtratu ſe abdicent Conſules?* at vero recentiores arrogabant ſibi poteſtatem decernendi, ut Imperatores & Reges relictâ fortunæ ſuæ ſede exirent de Imperiis; quam licentiam tum adverſus alios, tum imprimis adverſus Henricum IV. Imp. exercuerunt.

IX. Hi itaque Pontifices velut ex lege repetundarum agentes in exiguum Publici juris angulum redactos Sacri juris terminos etiam ultra priſtinas metas protulêre, fertiliores publici & privati juris agros, etiam in quibus nihil eccleſiaſtici ſeminis, ſacro ſuo patrimonio aſſignantes. Teſtatur hoc *Paſtoralis Clementina*, manſvetum nomen res immanis; teſtatur ereptum Imperatori jus conſtituendi Epiſcopos, im-

immenſos

menſos publici juris agros & regnorum latifundia in poteſtate habituros: teſtatur in ſacramentorum ordinem receptio matrimonii, ſupremumq; appellationes recipiendi jus pontificali dignitati annexum. Hæc & alia plura è medio jure civili, quod ad ſecularia negotia ſpectat, in *Ius Pontificium* (ita & ipſe Cicero jus ſacrum alteram partem juris publ. appellat, l. c.) relata, hodienum imperitis nebulas offundunt, ut nec ſacra à ſecularibus, nec publica à privatis poſſint diſtinguere.

CAPUT III.

Enumeratio partium juris ſacri, ſcil. capita religionis omnium ſummam obligationem habentia. Perſonarum Eccleſiaſticarum differentiæ; tam ſingulorum hominum quam collegiorum, corporum. Rerum ſacrarum & eis affinium jura. Regimen Eccleſiaſticum.

I. Initium ſacri juris eſto ſummaria enarratio capitum religionis in Republ. receptæ; aut minimùm notificatio librorũ quibus dogmata religionis comprehenduntur; quod fieri videmus *t. 1. C. de Sum. Trin.* ipſe vero hæc dogmata interpretandi habitus S. Theologiâ continetur, & non magis eſt pars Iuriſprudentiæ quam ars medica, utut & de poculis abortivis, amatoriis, medicamentis perperam datis, vulnere letali, melancholia, furore &c. leges agant.

II. Ideo autem iſta præmitti oportet, ut generaliſſima & in omnes tam imperantium quam ſubditorum conſcientias principatum tenentia de actionibus humanis judicandi principia, quibus quicquid eſt legum humanarum congruere vel ſaltem non repugnare decet, conſtent. Romani JCti in principio Inſtit. hanc Jurisprudentiæ ordiendæ methodum quodammodo videntur obſervaſſe; *præcepta Iuris*, ut vocant, *generalia* ponendo, *quibus omnes legum ſanctiones & interpretationes oportet eſſe conſonas*. Plato ejusque imitator

Tullius

llius in proœmio legum volunt mentionem fieri *provi-* Cic.1 de leg.
ntiæ divinæ, animorumque immortalitatis; exiſtimantes mul-
s divini ſupplicii metu à ſcelere revocatum iri, ſanctio-
mque fore ſocietatem civium, inter ipſos diis immortali-
s interpoſitis tum judicibus, tum teſtibus. Ex iisdem ra-
nibus hujusmodi legum exordium commendat *Ioſephus*
ntiq. Iud. proœm.

III. Conſtitutâ religione diſtinguere oportet perſo-
s religionis interpretes, rerumq; ad eccleſiam pertinentiũ
ram gerentes. *ἄλλο δ' εἶδος ἐπιμελείας ἡ περὶ τοὺς θεοὺς, οἷον ἱε-*
ς τε καὶ ἐπιμεληταὶ τῶν περὶ τὰ ἱερά. Ariſt. VI. Polit. c. IIX. alia
ro curationis ad Deos pertinentis ſpecies v. c. ſacerdotes
curatores rerum ſacrarum. Tales etiam ſunt Eccleſiarum
fenſores, Eccleſiecdici & Oeconomi. *l. 34. §. 5. C. de Epiſc.*
d. l. 42. §. 9. C. de Epiſc. & Cler. Cujuslibet in hoc ordine
nſtitutio, (unde electio, poſtulatio, jus patronatus, jus præ-
ntandi, vocandi, confirmandi, conſecrandi ſ. ordinandi.)
ficium, & dignitatis gradus; *modi* qq. *quibus ea finiuntur*, vel
actu ſecundo tantùm ad tempus, ut ſuſpenſione; vel o-
nimodo, ut morte, remotione, reſignatione, degradatio-
e, translatione; hæc, inquam, pertinent ad Ius Sacrum.

IV. Quidam perſonarum in civili ſocietate viventi-
m ordines ſunt velut appendices Status Eccleſiaſtici; v. c.
cholæ, Academiæ, Monaſteria. It. Orphanotrophia, Xeno-
ochia, Prochotrophia &c. in his publica velut tutela & cu-
geritur; *arg. l. 32. C. de Epiſcop.* & curatores ac præpoſiti ho-
um, Orphanotrophus, Xenodochus, Brephotrophus, No-
ocomus, & quisquis ptochio præficiendus eſt, per judicium
c probationem, qui in quoque loco eſt, Epiſcopi conſtitu-
ndi eſſe jubentur *l. 42. §. 9. C. de Epiſc. & Cler.* In his verſan-
ur homines, quorũ alij Reipubl. præparantur, alij Reip. ſunt
nutiles, nec fuẽre uſui; alij deſierunt Reip. vivere. In Impe-

tio Germ. habemus plura *Collegia perſonarum in clericali ſ. ſacro ordine viventium*, quæ ad exemplum Reip. habent res communes, quandoque etiam poteſtatem negotiorum ipſam Rempubl. attinentium; v. c. jus eligendi perſonas communis Imperij per Germaniam participes. Quæ in his conſiſtunt jura, non ſolùm ad religionem ſpectant, ſed & ad Imperii Statum.

V. Res divino cultui conſecratæ in jure Rom. *Sacræ* appellantur, *ſ. 8. l. de R. D.* veluti ædes ſacræ, donaria, altaria, calices. *Religioſæ* ſunt quæ hominum mortuorum reliquiis conſervandis ſerviunt, ut ſepulchra; de his jure ſacro produntur modi, quibus res tales fiunt; ipſa hujusmodi rerũ jura & privilegia; modi deniq; quibus ſacræ vel religioſæ eſſe deſinunt. *Res profana ſacra fieri, rurſus lege aliqua & res ſacra profana fieri poteſt, l. 83. ſ. 5. ff. de V. O.* Locus autem religioſus iterum purus fieri poteſt, effoſſis vel erutis oſſibus hominis mortui, decreto Pontificum, ſive juſſu Principis. *l. 8. pr. ff. de relig. & ſumpt. fun.*

VI. A ſacris & religioſis rebus diverſæ ſunt Res Eccleſiarum, *t. t. C. de S. S. Eccleſ. & reb.* Bona eccleſiaſtica, geiſtliche Güter/ ut vulgò vocantur, quæ ad ſuſtentationem perſonarum & rerum cultui divino miniſtrantium ordinata: Sunt hæ res partim corp. partim incorporales. Totum jus & circa hæc conſtitutum conſiſtit *aut in acquirendo*, unde fundationes, dotationes, donationes, teſtamenta, legata, fideicommiſſa ad pias cauſas; *aut in conſervando*, unde Advocatiæ, adminiſtrationes Bonorum eccleſiaſticorum; *aut in minuendo vel amittendo*, unde alienationes bonorum eccleſiæ, ſecularisationes ſive amortiſationes, &c.

VII. Ad ſinceritatem religionis conſervandam ordinantur Synodi, Colloquia, Concilia. Rerum ſacrarum & eccleſiaſticarum cura geritur in Viſitationibus, Conſiſtoriis,

aliis-

aliiſque eccleſiaſticis judiciis; ubi vel morum cenſura viget, unde pœnitentia, excommunicatio: vel perſonarum rerumque ſacrarum, religioſarum, eccleſiaſticarum controverſiæ & jura diſceptantur, in quantum ea habent forum privilegiatum. Apud nos paſſim & matrimoniales controverſiæ ad judicia eccleſiaſtica pertinent. Quod de his conventibus, religionis, & rerum juriumque eccleſiaſticorum cauſa inſtitutis, conſtitutum eſt jus; diſponit tum de cauſa efficiente, i.e. *à quibus*, vel quorum autoritate inſtituantur hi conventus; tum de cauſa materiali, & vel ſubjectiva, i.e. *ex quibus* perſonis conſiſtant, vel objectiva, i. e. *circa quæ* negotia occupentur; tum de cauſa formali, i.e. *quomodo* & conſtituatur ſ. ſtatū capiat quiſque conventus, & quomodo conſtitutus perſeveret ſive ſtatum retineat, h.e. quis ſit in quoque agendi, procedendi ordo ac modus; locus & tempus huc quoque ſpectant, item officium cujuslibet perſonæ in actu ſecundo ſpectatum; ante omnia finis propter quem quiſque inſtituitur; hic enim norma eorū quæ ad hunc ordinantur. Tandem contraria, ſive quibus ex cauſis quiſque vel ab initio impediatur, vel inſtitutus ceſſet. In aliis Conventibus ac Collegiis quæ publicorum vel privatorum negotiorum cauſa inſtituuntur, juribusq; eorum cognoſcendis eadem methodus eſt.

CAPVT IV.

Generalia criteria partium juris publici ac privati; hujusq; capitum conciſa deductio, Inſtitutionum Imperialium Methodo conveniens.

I. Diſcrimen publici ac privati juris intelligere videmur ſumpto a primis, ut par eſt, initio: πολιτεία καὶ πολίτευμα σημαίνει ταὐτὸν· πολίτευμα δ' ἐστὶ τὸ κύριον τῶν πόλεων. *Ariſt. III Polit. c. V. & c. IV. Reſpublica & Regimen civitatis idem ſignificant: Hoc vero* (in actu primo) *eſt ſumma ubiq; civitatum regendarum*

 poteſtas:

poteſtas : Et Reſpublica eſt ordo civilis ſocietatis, & poteſtatum tum ceterarum, np. in quibus regendi vis ſubordinata humanæ poteſtati, *tùm maximè ejus quæ omnium domina ſive princeps*; in quâ primum, in eo genere, principium motus; *& tandem finis*, (*καὶ τί τὸ τέλος ἑκάστης τῆς κοινωνίας ἐστί*, ait Philoſ. IV. Polit. c. 1. in fin.) quem civitas ſibi habet propoſitum; quis & quemadmodum ille ſit poſitus; an omnibus in civitate æqualiter, ex dignitate tamen, quæratur; an vero præter dignitatem, & cui primariò?

II. In hoc non ſecùs ac in alio quovis ordine ſpectatur id quod prius & quod poſterius; *κατὰ τάξιν* (*πρότερα καὶ ὕστερα*) *ταῦτα δ' ἐστιν, ὅσα πρός τι ὡρισμένον διέστηκε κατὰ τὸν λόγον. Ariſt. V. Metaphyſ cap. XI. Ordine vero priora & poſteriora hæc ſunt, quæ ad aliquod definitum diſtant proportionaliter, ſive ſecundum proportionem.* Hæc eſt in civitate reſpectus, aut æqualitatis partium diſpoſitarum, aut earundem excellentiæ & (ut ita dicam) inferioritatis: Vterque autem æſtimatur in ordine ad finem, qui eſt *τὸ ὡρισμένον, definitum illud*, quod partes reſpiciunt aut æquali poteſtate, ut Ariſtocratici, Oligarchici, Democratici inter ſe; aut poteſtate inæquali, ut Princeps ſive unus ſive plures, & ſubditi; illi ut qui finis hujus & introducendi poteſtatem & recipiendi aptitudinem habent; hi verò tantùm ut qui ejuſdem ex alterius directione capaces ſunt. In Monarchiis mixtis eſt veluti Con directorium quoddam, inæquale tamen, & unus tantum habet poteſtatis quantum reliqui omnes conjunctim; quandoque plus, quandoque minus. Quid Ariſtoteli conſultum videatur, legimus *III. Polit. XI. ſub fin.*

III. Ad eundem modum Oeconomia & regimen domeſticum ſunt idem: hoc vero eſt ſumma, reſpectu partium domus, domeſticæ ſocietatis regendæ poteſtas, & Oeconomia eſt ordo ſocietatis domeſticæ & poteſtatum, tum cetera-

rum

rum, tùm maximè ejus quæ *in domo dominium habet*: ita *l. 195. ff. de V.S.* Domeſtici regiminis partes ſunt, Imperium Herile, Paternum, Maritale, (quæque paterno inprimis ſuccenturiatur imperio ejusque vicem ſubit, Tutela, Cura.) Facultas acquirendi & convertendi res domeſticas in utilitatem domus, ejusque ſaluti quam longiſſime fieri poteſt proſpiciendi, utilia procurando, noxia amoliendo: Inferiores in domo poteſtates ſunt, poteſtas matrisfamilias; hæc tamen *in nonnullis* velut *concurrentem* habet *poteſtatem* cum marito, *in nonnullis ſeparatam*; κατ' ἀξίαν γὰρ ὁ ἀνὴρ ἄρχει καὶ περὶ ταῦτα ἃ δεῖ τὸν ἄνδρα· ὅσα δὲ γυναικὶ ἁρμόζει ἐκείνῃ ἀποδίδωσιν. *Pro dignitate imperat vir, & in iis quæ viro incumbunt: quæ verò uxori congruunt, illi concedit*, *8. Nicom. c. 10.* in plerisque vero ſubjecta eſt marito, διὰ τὸ ἄκυρον τοῦ βουλευτικοῦ, *propter conſilii infirmitatem. 1. Polit. c. 8.* in quantum autem quiſq; poteſt τῇ διανοίᾳ προορᾶν, *mente & conſilio provido uti*, in tantum eſt capax imperii. *1. Polit. 1.* Penitus ſubjecta eſt regimini domeſtico vis activa liberorum, ac ſervorum, ſi quam habent, juſtis tamen imperijs tantummodo obnoxia; quæ limitatio non eſt neceſſaria cum de Numinis imperio loquimur; utpote cujus actus erroris expertes ſunt. Imperium domeſticum domeſtica ſubjectio reſpicit, tanquam ejus correlativũ; cujus totidem ſunt quot imperii domeſtici ſpecies; alterumq; ex altero cognoſcitur: ad quodcunque enim pertingit in ſuperiori exiſtens poteſtas imperii, hoc ipſũ in inferiori complectitur obſequii debitũ, ſive obligatio parendi; & in quantum ille imperativus, in tantum hic eſt ſubjectivus. δεῖ τὰ αὐτὰ τὸν μὲν φάναι, τὸν δὲ διώκειν, *eosdem actus alterum conſtituere & enunciare oportet, alterum ſuſcipere & exequi*, argum. VI. Nicom. c. 11. Imperans præcipit, urget opus. ὁρᾷ ὅπως γένηται, *ut fiat, providet.*

IV. Hujus domeſtici regiminis cauſas, antecedentia, inhærentia, concomitantia, conſequentia, conſervantia, op-

poſita, jure privato videmus contineri: np. Modos quibus acquiritur Jus herilis, patriæ, maritalis poteſtatis &c: Iura in re & ad res, quæ quamplurimas habent differentias & cauſas ex quibus cuique acquiruntur: Hi modi habent ſua oppoſita, quæ eveniunt quando intendimus acquiſitionem juris cujusdam, illud tamen non obtinemus, propter neglectas circumſtantias actus lege aut conſvetudine definitas ac præſcriptas. *vid. §. 12. J. de nupt.* Hujusmodi ſunt omnia pacta conventa quæ dolo malo, adverſus leges, plebiſcita, SCta, &c. adv. bonos mores ineuntur: *l. 7. § 7 ff. de pact. 1. 1. J. de inut. ſtip.* huc quoque ſpectant occupationes & captationes prohibitæ, furta, rapinæ. Horum actuum conſequentia *oppoſita* ſunt directæ intentioni agentium, quandoq; *contrariè*, & ſunt effectus contrarii, dum bonum aliquod in vitâ utile modis illicitis captando malum arceſſitur; quandoque *negativè*, dum nihil agitur, & veluti pœna eſt non obtinuiſſe quod ſperatum. Ubi ſingula hæc exactè traduntur, cujuslibet poteſtatis objectum, finis proximus, modus & limites intra quos ſuam, ut ita loquar, activitatem exerceat, deſignandi veniunt.

V. *Conſequentia* proxima cujuslibet acquiſiti juris ſive facultatis ſunt actus ad quos facultates ordinantur, ſive Modi utendi quolibet jure, & exercendi actus cujuslibet facultatis legitimæ, v. c. Imperij herilis, paterni, &c: libertatis, dominij &c: in quibus iterum tenenda jure civili definita mediocritas, ſive *ἐνέργειαι* vel *uſum* cujusque juris *proprium* intendamus; quo pertinent, quod exercitium vel herilis, vel patriæ poteſtatis, vel tutelæ attinet, leges in Codice *de pat. pot. §. 2. Inſt. de his qui ſui vel al.* it. leges *ff. ubi pup. educ.* & *de aut. & conſ. tut. de adm. & per. tut.* His legibus tutor jubetur pupillo præſtare id, quod pater, ſi vixiſſet, præſtiturus præſumitur. Iura autem in perſonas pleraque ſunt extra commercium; nec

enim

enim v. c. patri patriam, marito maritalem, tutori tutoriam poteſtatem alienare permiſſum. Proprius rerum uſus definitur legibus ſumptuariis, veſtiariis: Illiusmodi erant ap. Rom. Lex Licinia, Æmilia, Antia, Julia, Fannia, Oppiæ leges, &c. vid. *Spiegel. Lex. Jur.* voce *Lex Licin. Lex Fan. &c. & Tacit. III. An. 52. 54.* Illiusmodi leges extant quoque in Conſtitutionibus Imperii, & paſſim in juribus provincialibus & ſtatutariis, quarum tamen aliæ oblivione, aliæ contemptu abolitæ ſecuriorem luxum faciunt; hæ verò leges reſpectum quoque habent ad dignitatis quam quisque in civitate tenet gradũ; ſive ſpectemus *uſum communem* rerum in commercio poſitarum, qui uſus in alienatione conſiſtit. *Ariſt. 1. Polit. VI.* Huc pertinent omnes alienationũ figuræ legibus ac moribus definitæ. Expeditæ alienationum & commerciorum frequentationi interviunt leges de monetis, ponderibus, menſuris, taxæ rerum venalium (cujusmodi in Novellis Elect. Saxonici & aliis Aliorũ conſtitutionibus deprehendimus,) leges de nundinis, de exportandis & importandis, &c: Sed & in his definiendis quandoque publica & communis, quandoque privata utilitas magis attenditur. Vterque uſus ſæpè in abuſum cadit, ut mos eſt hominibus in vetita niti. Contingit abuſus ille, ſi modus utendi jure civili definitus negligitur, aliterque ac leges permittunt dictæ facultates exercentur. (Hæc ſunt oppoſita dictorum actuum legibus conformium.) Hujusmodi vero actibus incivilibus ſive peccaminoſis, præterquã quod finis directè intentus ſæpè non obtinetur, (quod & in acquiſitionibus contingere vidimus) v. c. cum quis teſtamentum non jure facit, committitur quandoque duplex obligatio, una privatis hominibus læſis ſatisfaciendi, ſive læſionem in rebus commutandis illatam redintegrandi, altera Reipubl. delicti admiſſi nomine ſatisfaciendi, pœnam delicto conſtitutam ſubeundo; quarum obligationum publica autoritate conſtitutus judex cognitor eſt & exactor.

VI.

VI. Quod ſi ab uſu rerum ſeparare lubet *modos conſervandi* res & jura, etſi conſervatio rerum aut antecedit aut comitatur uſum, peccare non videmur. Sunt de his Contractus, Depoſiti, Emphyteutici, Locationis, Colonarii, Feudales, Antichretici, Mutui ubi Intereſſe captatur. Ex his alii nudam conſervationem rerum, alii & incrementum ſpectant. Habet Paterfam. poteſtatem etiam poſt vitam dominandi rebus ſuis, & hac occaſione ſucceſſoribus ſuis velut leges imponendi; quas tamen illis liberum eſt aut ſubire, tanquam onus cum commodo, aut utrumque recuſare. Vnde Teſtamentum *Magnif. Dn. Præſidi* eleganter dicitur *domeſticæ legislationis quaſi quidam promus condus.* Diſp. IX. ad Inſt. Obſ. I. n. 25. Ad Conſervationem rerum in familiis privatis pertinent quoque Iura Retractus Gentilitii, qui & apud Judæos frequentabatur, *Levit. XXV. n. 25. ſeqq.* & Conventionalis, Fidei commiſſa familiarum, & Pacta Ganerbinatûs in familiis Nobilium, imò & Illuſtrium perſonarum. Ad eundem finem pertinebat Conſtitutio apud Ebræos de *Anno Iubilæo*, de quâ *Levit. XXV. n. 10. 13. 41.*

VII. Ex abuſu exercitii jurium acquiſitorum præter memoratas *§. 5.* obligationes, & actuum nullitates, fluunt ſæpenumerò *amiſſiones rerum ac jurium*, effectus plerumque contrarii votis acturientium, quandoque tamen hoc agitur ut res abeat. Sed plurimæ amiſſiones jurium ac rerum & aliis ex cauſis proficiſcuntur; quarum aliæ communes ſunt juribus perſonarum ac rerum, aliæ juribus in perſonas, aliæ juribus rerum propriæ. Communiſſimus juris amittendi modus videtur, interitus vel etiam mutatio perſonæ quæ jus habuit, quo caſu tamen ſæpe tranſit in aliam perſonam aut idem jus, v.c. jus hæreditatis; (ICti dicunt hæreditatem deferri) tranſit autem, vel in hæredem privatum, vel in fiſcum: Ius dominicæ poteſtatis, cum hæreditate, ſi capax objectum adſit, acqui-

acquiritur: quandoque etiam liberi ex unius patriâ poteſtate in alterius poteſtatem recidunt. *pr. Inſt. q. m. jus. p. p. ſolv.* aut jus quodammodo ſimile defertur alteri perſonæ, v.c. tutela, quæ menſuram ſuam accipit ex amore quo pater propriam ſobolem proſequi tenetur: quamcunque enim affectionem pater liberis ſuis præſtare tenetur, ad eandem pupillis exhibendam tutor eſt obſtrictus: Rerum autem pupillarium adminiſtratio penes tutorem & curatorem eſt, jus & poteſtas in actu primo penes pupillum vel minorennem; & uti tutor ex propriis bonis pupillum alere non tenetur, ita nec pupillus quicquid acquirit alteri quàm ſibi acquirit: in hoc jam eſt difformitas patriæ poteſtatis & tutelæ vel curæ. Æque communis eſt modus amittendi juris, interitus l.m. mutatio objecti quod juri vel poteſtati ſubjectum erat: Nam ſi eſſe deſinat vel ſervus, vel filius, vel uxor, vel pupillus, vel minorennis, vel res corporalis quæ in dominio, in uſufructu &c: fuit, intereunt jura in perſonas & res competentia. Mutari dico perſonam jus habentē vel objectum, quando conditio vel qualitas ejus, quâ præſente apta erat illa quidem ut haberet jus, hoc verò aptum ſubeſſe tali poteſtati, deficit; uti in pupillo & minorenne inprimis manifeſtum, item in cive qui deportatur, aut in metallum damnatur. Poteſtas in perſonas ſeparatos habet deſinendi modos, emancipationem, divortium, excuſationem, remotionem à ſuſceptâ geſtaque tutelâ vel curâ, aliosq; quos brevitatis cauſa omitto. Iura rerum ſpeciatim imminuuntur & amittuntur ex alienationibus gratuitò factis; cæteris vero alienationibus ineſt quaſi mercatura utilitatum, & emolumentū reponitur in locum abeuntis: qui modi propterea non tam imminutiones vel amiſſiones, quā commutationes rerum dicendi. Quædā amiſſiones jurium ex culpa ortum habent: ita ob nimiam domini ſævitiam vel infamē injuriā ſervo illatam jus herilis poteſtatis amittitur, *§. fin. I. de*

 h. q. ſui

h.q. ſui vel. al. jur. & maritalis poteſtas, & tutela, & cura ex certis delictis ſolvuntur. Iura quoque rerum, tam in res quàm ad res, ex culpâ amittuntur, *l. 13. ff. q. m. c. §. recuperanda I. de Interd. l. 7. ff. ad L. Iul. de vi pr. l. 7. C. unde vi.* Quandoque in ſuſpenſo eſt jus, & vel jure poſt liminii redit, *§. 5. I. q. m. j p. p. ſolv.* vel alio quodam eventu ſive ſponte redit ſive judiciali auctoritate reſtituitur, ſive jus ipſum, ſive exercitium juris quod unicè ſuſpenſum erat. Exemplum eſt *§. fin. I. de Act.*

IIX. Sunt autem modi conſtituendi, adipiſcendi, retinendi, amittendi, recuperandi juris alii extrajudiciales, alii judiciales. Hi ferè in univerſum publicâ autoritate geruntur ab initio ad finem; illorũ verò confirmationes, ubi neceſſariæ ſunt vel creduntur, & complementa tantùm fiunt apud Acta, vel præſente & autoritatem ſuam accommodante Magiſtratu. In Hiſtoria Romanâ hoc quoque obſervamus; *Tacit. IV. A. 6. Iam primum,* ait, *publica negotia & privatorum maxima apud patres tractabantur.* Ac proinde jus civile eſt partim extrajudiciale, quod tantùm dirigit continetque actus primò & per ſe juſtos, (*δικαιοπραγήματα* vocat *Philoſ. V. Nicom. VII. n. 18.* commune nomen actuum juſtorum, quod dictæ ſpeciei tanquam naturâ nobiliori aſſignare viſum) tumque ceterarum virtutum moralium, fortitudinis, temperantiæ, liberalitatis &c: tum diſtributivæ & commutativæ juſtitiæ præceptis congruenter definitos. Huc tamen etiam pertinent leges prohibitivæ actuum ex vitiis moralibus, temeritate, ignaviâ, intemperantiâ, prodigalitate, avaritiâ, &c: item injuſtitiâ, quæ in diſtribuendo & commutando iniquitas eſt, fluentium; quorum omiſſiones *D. Ambroſio I. de Offic. cap. XI.* dicuntur *Media Officia, quibus aliquid deeſt:* Perfecta autem ſunt actus virtutum. Falſum enim eſt quod ille ait: *Virtus eſt vitium fugere.* Hoc jus doctrinæ & perſpicuitatis gratia vocare licet *Directivum* *προςακτικὸν δίκαιον*, Ab hoc ſeparatam

ratam

ratam habet conſiderationem altera pars juris civilis, quod *Iudiciale Cicero VI in Verr.* nos ἐπανορθωτικὸν, *Correctivum* appellamus, quod directionis non agnitæ incommoda, nempe læſionem homini privato vel etiam Reip. allatam, & contemtum voluntariâ legis tranſgreſſione Autori ejus illatum corrigit, correctione quæ & in delinquentis emendationem, quamdiu ejus ſpes affulget, ſuſcipitur. Vnde duplex eſt actuum injuſtorum correctio, altera inæqualitatis ad æqualitatem reductio, altera actûs injuſti cöercitio. Continet hoc jus correctivum δικαιώματα, quæ ſunt ἐπανορθώματα τῶν ἀδικημάτων, *juſta injuſtorum actuum correctiones*; ſive illi ſint tranſgreſſiones legum jubentium actus aliarum virtutum moralium, quæ ad juſtitiam univerſalem pertinent, ſive legum quæ diſtributiones & commutationes regunt, contrarioſque actus, i.e. & ceterorum vitiorum, & diſtributionum commutationumque inæqualitatem prohibent. Etenim quot modis actus juſti diſtinguuntur, tot etiam in univerſum ſunt modi actuum injuſtorum, & totuplex correctio; nonnunquam tamen unus actus duplici opus habet correctione, uti dictum. Fluit hoc ex naturâ contrariorum & conjugatorum; ſenſuſque communis citra demonſtrationem facile apprehendit. Hujusmodi vero actus correctorii τὸ καλῶς ἀναγκαίως ἔχουσι, *honeſti ſunt quia neceſſarii*, ut pulchrè loquitur *Philoſ. VII. Polit. XIII. & optabilius foret nullius correctionis indigere neque hominem neque civitatem.* In hoc enim jure, quique eo reguntur actibus, κακοῦ τινὸς αἵρεσίς ἐστι, *eſt mali cujusdam optio*; dum tranſgreſſori legum vis infertur ad jus ſuum alteri tribuendum: illius verò (juris directivi) actus nobiliſſimi ſunt κατασκευαὶ ἀγαθῶν καὶ γεννήσεις, *effectiones bonorum & generationes*: Nec tantùm honeſtiſſimi ſunt actus virtutum, ſed utiliſſimi pariter & jucundiſſimi; verùm à prudentiâ diriguntur, & tantum quiſque habet virtutis moralis,

quantum prudentiæ; ſe leges ſunt armati prudentiæ canones; à mente nimirum & prudentiâ legislatoris proficiſcuntur, *X. Nicom. cap. ult.* Duplicem *vim legum, directivam* nempe *& coactivam* Scholaſtici Dd. qq. agnoſcunt: Vis autem coactiva in judiciali jure ſe exerit, ubi jubentur *inſurgere leges, armari jura gladio ultore*, ut graviſſimè *l. 31. C. ad Leg. Iul. de adulter.* Unde & *duo terribiles libri* appellantur *XLVII. & XLIIX. ff. qui omnem continent ſeveritatem pœnarumque atrocitatem. l. 2. §. 8. C. de V. I. E.* Exercetur verò & in civilium cauſarum cognitionibus & ſententiarum executionibus quanta opus eſt ſeveritas; quoniam plerumque ſine illâ jurisdictio explicari non poteſt.

IX. Tranſactiones, compromiſſa, interpoſitiones, aliæque controverſiarum compoſitiones amicabiles quæ inter privatos inſtituuntur, ad ſimilitudinem judiciorum, in quibus inæqualitas ad æqualitatem reducitur, ſunt introductæ aut permiſſæ. Caſtigationes paternæ, aut ab aliis qui privatam ſuæ poteſtati ſubjectos coërcendi facultatem habent ſuſceptæ, correctiones ſunt in eorum qui corriguntur emendationem directæ: modus autem his ipſis jure civili definitus eſt, *l. 5. §. 3. l. 6. ff. ad l. Aquil.* Quodſi ad inclementiores injurias provehatur improbitas privatæ poteſtati ſubjectorum, Magiſtratibus offerendi ſunt qui non ut oportet converſari dicuntur, *l. 3. 4. C. de patr. poteſt.* Et apud Rom. hujusmodi contentiones de plano expediebantur, *l. 9. §. 3. ff. de Off. Proconſ.*

CAPUT V.

Qua ratione privatarum legum transgreſſiones quandoque tranſeant in proprium nomen publici criminis.

Quod ſi actus civium circa privata jura exerciti legibus ac moribus civilibus congruunt, in privatorum negotiorum

tiorum nomine ſtant; ſin à præſcripto juris abludant, frequenter tranſeunt in proprium nomen publici criminis; prout viſum civitatibus, aut privatis tantùm relinquere perſecutionem damni injuriâ dati, aut ſimul publicè vindicare voluntariam legis tranſgreſſionem. Quamvis hæc poſtmodum confundi videas, prout ſolent, ceu ille ait, increſcere jura & quod in his primò conſtitutum ſeu permiſſum, ad alia quoque traduci. Eleganter *Ariſt. 1. Rhet. c. 13.* διώρισαι ἢ πρὸς τὸ κοινὸν ἢ πρὸς ἕνα τῶν κοινωνούντων ἃ δεῖ πράττειν καὶ μὴ πράττειν. *Obligationes agendorum & non agendorum definitæ ſunt aut ad Rempublicam, aut ad hominem privatum.* Illa autem definiendi poteſtas eſt penes Rempublicam, & ex moribus atque inſtitutis cujusque civitatis exercetur. Furtum & rapina, apud Rom. erant delicta privata, apud nos verò publica eſſe videntur. Adulterium ex mente Ariſtotelis l. c. eſt delictum privatum, apud Rom. verò & Germanos publicum crimen eſt. Ex illâ definitione eſt, quod ex eodem delicto obligamur, privato pariter & Reipubl. uniuſque obligationis perſecutio à privato inſtituta quandoque alteram tollit; uti *injuriarum ſi actum ſit publico judicio, denegandum eſt privatum; ſimiliter ex diverſo. l. 6. ff. de Injur.* Generaliter aliàs definitum eſt, quoties de re familiari & civilis & criminalis competit actio, utraque licere experiri. *l. un. C. quando civilis actio criminali præjudicet.* Hinc etiam intelligimus, unde ſit quod idem actus alibi ſit modus acquirendi privatus originarius, alibi delictum publicum; v. c. venatio ferarum majorum à privatis exercita. Nimirum *probra quædam naturâ turpia ſunt, quædam civiliter, & quaſi more civitatis, l. 42. ff. de V. S.* Utraque tamen fugienda ſunt, & utriſque admiſſis contrahitur obligatio ſubeundi pœnam legibus conſtitutam.

CAPVT VI.

Publici juris, quod ad ſecularia inprimis pertinet, objectum. Deductio partium illius. 1. Ius perſonarum, ubi de conſtitutione ſummorum & intermediorum Reipubl. rectorum; de claſſibus ſubditorum, horumque erga Rempubl. obligationibus, & neglectus harum aut contraventionum coërcitionibus; unde Ius criminale. 2. Ius Rerum, quod vel in res, vel ad res; unde obligationes extraneorum erga noſtram Remp. qui vel tanquam ſubditi onerantur vectigalibus, ſupplicijs; (de qua obligatione in loco de ſubditis dictum) vel æquales noſtræ Reip. Rectoribus ſunt & habentur; unde jura Fœderum, Legationum; Belli denique jura vicem gerentia ceſſantium inter ſummas poteſtates judiciorum.

I. Vti regiminis domeſtici deſcriptio jure privato continetur, ex cujus præſcripto patremfamil. oportet domum ſuam gubernare & ad ejus ſalutem eſſe intentum: Ita publico jure continetur *deſcriptio regiminis civilis*, ejusque cauſæ tùm conſtituentes, tùm conſervantes, tùm deſtruentes. Sc. *quibus modis* civitatis regendæ *poteſtas, tùm ubique ſumma in civitate omniumque domina, tùm ei ſubordinatæ poteſtates* tàm eorum qui in civitate rerum ſacrarum, ſecularium, belli ac pacis negotiorum, quàm qui extra civitatem eorundem negotiorum curam gerunt, *diſtributæ ſint*. Summæ poteſtatis partes, ſive Majeſt. jura diſtingui ſolent objectis circa quæ verſantur; v.c. ſumma poteſtas legum ferendarum, magiſtratuũ, judiciorum, belli & pacis, fœderum &c: Paucis vim ejus complectimur dicendo, eſſe ſummam poteſtatem rectæ rationi congruenter conſtituendi & imperandi omnia ſine quibus civitas ſalutem obtinere & tueri nequit. Imperium tantùm valet in ſubditos; cum exteris paciſcendo conſtituuntur agenda & omittenda. Plures enim ſummæ poteſtates humanæ inter ſe ſunt æquales, ſubditis tantùm ſuperiores: &

[Margin note: a Polit. c. 3. in fin.]

quili-

quilibet ſubditus ſuo principi obſequium debet & ſubjectionem, externo autem tantùm venerationem: *Habet enim venerationem juſtam quicquid excellit*, *Cic. 1. de N. D.* ejusmodi verò eſt ἐξουσία ὑπερέχουσα *poteſtas ſupereminens*; cujuscunque demùm civitatis ea ſit domina. Ceteræ poteſtates majeſtatis arbitratu definita habent munia Reipubl. in partibus ejus ipſis creditis gubernandæ. εἰσὶ δ' αἱ μὲν πολιτικαὶ τῶν ἐπιμελειῶν· ἢ πάντων τῶν πολιτῶν πρός τινα πρᾶξιν, οἷον στρατηγὸς στρατευομένων· ἢ κατὰ μέρος· οἷον ὁ γυναικονόμος, ἢ παιδονόμος· αἱ δ' οἰκονομικαί. *VI. Polit. XV. curationum autem aliæ urbanæ ſunt eæque vel omnium civium ad aliquam actionem, uti imperator præeſt exercitui; vel partis civium, qualis eſt cura Gynæconomi & Pædonomi; alia vero domeſtica.* Interdum oportet πολλὰς ἐπιμελείας ἅμα περιστῆσαι, *multas curationes conjungere*, & συνάγειν ἀρχὰς εἰς μίαν ἀρχήν, *uni ſubjecto*, aut perſonæ, aut collegio perſonæ inſtar habenti *committere plurium poteſtatem*: Interdum vero δεῖ μίαν τετάχθαι πρὸς ἓν ἔργον, *unius officij poteſtatem uni oportet demandare.* Ariſt. l. c.

II. Cujusmodi verò ſit in quaque civitate τάξις τῶν ἀρχῶν, *ordo ſive diſpoſitio poteſtatum*, ex legibus ac moribus cujusq; civitatis, quibus in præſens vivitur, diſcimus: eſt enim hic ordo, non ἕξις πάνυ δυσκίνητος, *habitus difficulter mobilis*; ſed διάθεσις εὐκίνητος καὶ εὐμετάβολος, *diſpoſitio quæ moveri & mutari facile poteſt*, *ut Ariſt. Categ. c. 8.* verbis utar. Ac nonnunquam permanet ſcriptura, antiqui juris ſymbolum, τῇ δ' ἀγωγῇ καὶ τοῖς ἔθεσιν, *artibus autem & moribus regnandi* mutatis vivitur, *IV. Polit. V. in fin.* Ariſt. de Interp. c. 1. t. 2.

III. Inter cauſas conſtituentes regiminis civilis inprimis refero rationes fundandæ cujusque poteſtatis, i.e. Modos quibus quæque publica & Reipubl. poteſtas conſtituitur & acquiritur: à quibus conſtituitur & traditur, & quibus perſonis, & circa quæ negotia, & quomodo, i.e. limites cujusq; pote-

poteſtatis. In jure Juſtinianéo, ubi de publicis magiſtratuum officiis diſponitur, vix aliud quàm objectum & modus poteſtatis exercendæ definitur: de perſonis *à quibus*, ait *l. un. ff. de leg. Jul. Ambit. ad curam principis magiſtratuum creatio pertinet.* Poteſtas *autem regiminis in conſultando, conſtituendo* vel per imperium, vel per conventionem, *& judicando poſita* eſt: Quæ officia & ſeparationem admittunt, ut alius tantùm habeat poteſtatem deliberandi, alius vero conſtituendi; unde votum conſultativum abſque voto deciſivo eſſe poteſt; cujusmodi poteſtatem habet Senatus probuleuticus; τὰς ἀρχὰς περὶ μηδενὸς κρίνειν, ἀλλὰ μόνον προανακρίνειν, ait *Philoſ. IV. Polit. c. XIV.* qui tantùm præconſultandi poteſtatem habet abſque facultate conſtituendi.

IV. Quando, quæ ſit diſpoſitio poteſtatum ac curationum publicarum in actu primo, novimus; patet quoque cujusmodi debeat eſſe actus ſecundus, ipſa ἐνέργεια, quam Ariſt. ἀγωγὴν appellat, i. e. *exercitium poteſtatis*: Et ſanè ex hoc ſæpè judicamus de ipſo jure, cum quid quiſque impunè agat intuemur; quon. & privati à legum tramite magiſtratu connivente digrediendo ſcripti juris autoritatem infirmant; ut quod cujusque jus ſit, ex actibus ſine contradictione ſæpius iteratis potius, quàm ex legum deſcriptionibus judicetur. *Conf. l. 32. §. 1. l. 34. ff. de leg.*

V. Modi quibus conſtituuntur & acquiruntur publica jura, tam majeſtatica, quàm quæ his ſubordinantur, magiſtratuum, Senatorum, judicum, *l. 5. §. 2. ff. de cap. min.* originarii pariter ac derivativi, in nonnullis conveniunt cum modis quibus res privatæ ſingulis deferuntur & acquiruntur. In jure privato ſolicitè diſtinguitur inter conſtitutionem, aut delationem juris cujusdam, & acquiſitionem, *§. ult. I. de Serv. præd. & Magn. Dn. Præſ. obſ. ad h.* §. Hæreditates ex Teſtam, aut ab inteſtato nobis obveniunt & deferuntur;

tur; §. 2. *I. per quas perſ. cuiq. acq.* Acquiruntur autem pro hæ-
rede gerendo, iis quibus delatæ ſunt, *§. fin. I. de hær. qual.*

VI. Populus qui ſeſe alterius imperio ſponte ſubiicit Modi ac-
conventione & patientiâ utitur in acquirendo principe. Ad quir. jura
conventionem non eſt opus ut perſonæ ſint maneantque æ- majeſt. ori-
quales; ſufficit, ſi adſit *plurium in idem placitum conſenſus. l.* ginarii.
1. ff. de pact. quodcunque demum ſit placitum rectæ rati-
onis dictamini haud repugnans. Hîc vero ex diverſis ani-
mi motibus in unam ſententiam decurritur, conſenſum
nempe in perſonam aut perſonas, ſi πολυκοιρανίην præ optetur,
à qua, aut à quibus velint regi. Conf. *M. Ant. de Dom. de
Rep. Eccl. l. 6. cap. 2.* ejuſque ſententiam approbantem *Magnif.
Dn. Ziegl. Anim. in Grot. lib. 1. cap. III. §. 7. pag. 127.* At per
mutuam conventionem & patientiam utendi re in conven-
tionem deductâ etiam privata jura acquiruntur. *§. 44. I.
de R. D. conf. Magn. Dn. Præſ. Diſq. ad I. VI. Obſ. 6. n. 36. ſeqq.*
Inaugurationes verò, Coronationes, Homagia ex moribus
gentium adhibentur, partim ut confirment actum, partim
ut eundem in plurium gentium notitiam deducant; fer-
mè uti nuptiarum ſolennia moribus civitatum frequen-
tantur ut de matrimonio ritè contracto publicè conſtet.
In animis ſubditorum quoque ejuſmodi, coronationum in-
primis, ſolennitates magnam vim habent: vide conſidera-
tè hanc rem diſceptantes arcanos Cæſaris miniſtros apud
*Caraff. Germ. Sacr. reſt. in anno 1625. ubi Comitia Ungarica de-
ſcribit. p. m. 252. Edit. Francof.* 2. Qui nullo jure per vim
metumque ſubjicitur populus, tamdiu injuſtâ ſervitute pre-
mitur, donec tacita aut expreſſa ſubjectorum voluntas pur-
get vitium actûs. Inter privatos quoque furtiva vel vi poſ-
ſeſſa res uſu capi poteſt, vitio nempe rei purgato, *§. 5. I. de
uſuc.* & contractus privatorum per vim vel metum mortis,
aut cruciatus corporis extorti ſuperveniente vim paſſi con-

 ſenſu-

ſenſu corroborantur, *l. 4. C. de his qua vi met.* 3. Quædam regnorum acquiſitiones vetuſtate nituntur, ut & inter privatos, *Si lex agri non inveniatur, vetuſtatem vicem legis tenere,* ait *l. 1. §. fin. ff. de aq. & aq. pluv. arc.* de qua pulchrè *Oldend. tr. de uſuc & præſc. tit. inq. cauſ. ceſſ. uſuc. n. 9.* adde *Grot. de I. B. & P. lib. II. cap. IV.* 4. Regis per ſortem conſtitutio prudenter ſuſcipi non videtur niſi ubi ſortitionem antegreſſa eſt plurium æquali ad imperij adminiſtrationem capacitate præditorum electio: Aut ubi ipſa fortuna obtulit plures æqualibus meritis, ex quibus minore cum invidiâ, quæ eligentium ſuffragia comitatur, (quanquam adſint quoque modi ſuffragia in occulto tenendi) ſorte ducitur qui regnet: Alias ſane *deerrat ſors ad parum idoneos*; quod in Prætorum conſtitutione apud Romanos contigit, memorante *Tacito A. XIII. c. 29. conf. Ariſt. II. Rhet. XX. n. 9. 10.*

VII. In regnis ac principatibus merè electitiis ſubjecto ſummæ poteſtatis intereunte, (non agnoſcimus cum Grotio ſubjectum ſummæ poteſtatis commune, nec cum alijs majeſtatem realem à perſonali ſeparatam, quorum ſententiam refutat *Io. Fr. Hornius Politicor. Architecton. lib. 2. cap. XI.*) alterius conſtitutio ad primam ſuam originem redit; & ſemper hîc ſubeſſe videtur acquiſitio originaria in ſucceſſore.

Derivativi. VIII. In hæreditariis verò transmittitur ſemel acquiſitum jus in hæredem legitimum, quem ſummus imperans aut procreavit, (qui eo nomine gloriari poteſt cum Imp. Commodo ap. *Herodian. lib. 1. c. 5.* ὁμοῦ δὲ με εἶδεν ἥλιος ἄνθρωπον καὶ βασιλέα. *Simulq; ſol hominem me vidit & Regem*; i. e. certum in Imperio ſucceſſorem) aut adoptavit, (ſic Galba Imp. adoptavit Piſonem, non in domo ſucceſſorem quærens, ſed in Republ. quanquam eventus voto non reſpondit. *vid. Tacit. l. H. XV. ſeqq.* Eadem ratione anteriores Auguſti do-

mum

mutr regnatricem munimentis adſcitis firmabant. Sic & Jugurtha olim ad regnum Numidiæ pervenit.) aut qui ex latere venit, ſi ab inteſtato deferatur ſucceſſio. Ex pacto ſucceſſorio & teſtamento etiam extraneis, nec adoptatis obvenit principatus. Quomodo Pop. Rom. ex regum amicorum teſtamentis acquiſiverit regna, vid. *Grot. de I. B. ac P. lib. 1. cap. 3. num 12. Rupert. Hiſt. Vn. ſ. Obſ. in Synopſ. Beſ. cap. XI. p. m. 234. & cap. XII. p. 245.*

IX. Sapientiſſimus Regum Salomon Hiramo Tyriorum regi donavit XX. oppida in Galilæa, *3. Reg. c. 9. n. 11.* quæ videtur fuiſſe donatio remuneratoria, aut ut *Hotomanno, q. ill. 1. in fin.* videtur, tantùm conceſſio in uſumfructum, ut ea poſſideret tantùm quaſi *ἀντιχρώμενος*. Similes ditionum ceſſiones etiam irrevocabiles, etiam quibus plenum jus tranſſcriptum, etiam quæ metûs causâ factæ, noſtro quoque ſeculo contigiſſe novimus; & *rata autoritas* (ut ait *Cic. pro Cæcin*) harum ceſſionum à jure Gentium ſumitur. Quædam etiam civilia jura neceſſitas conſtituit, *l. penult. ff. de leg. Vſuque exigente & humanis neceſſitatibus Gentes Humana jura quædam ſibi conſtituêrunt, §. 2. I. de I. N. G. & Civ.* vel comprobârunt; ut vel aliqua eſſet ratio obtinendæ inter Gentes tranquillitatis.

X. Quæ jure victoriæ acquiruntur ſimilitudinem habent cum ijs quæ per adjudicationem, aut immiſſionem ex decreto judicis, aut executionem rei judicatæ obtinentur. In hac quoque acquiſitione *finis ſolicitudinis ac periculi litium* eſt à Jure gentium: Inprimis ſi acquirens juſtam habuerit belli cauſam. *Non videtur vim facere qui jure ſuo utitur, & ordinaria actione experitur, l. 155. §. 1. ff. de Reg. Iur.* Vbi vero judicia, & omnia quæ ad ſimilitudinem judiciorum inſtituta ſunt deficiunt, ordinaria ſuum defendendi recuperandive actio eſt bellum, *Grot. lib. 2. cap. 1. num. 2. de I. B. & P.* Eſt autem

 tem

tem hic, uti in privatis judiciis æquitati conſentaneum, ut victus factos in judicio ſumtus præſtet. *l. 5. C. de fruct. & lit. exp.* & *l. 13. §. 6 C. de Iudic.* ſancit, *victum in expenſarum cauſa victori eſſe condemnandum.* ὁ νόμος ὁμολογία τίς ἐστιν. ἐν ᾧ τὰ κατὰ πόλεμον κρατούμενα τῶν κρατούντων εἶναι φασι. *lex conſenſio quadam eſt, qua bello capta poteſtati victoris addicuntur, & permittuntur.* Ariſt. 1. Polit. c. 4.

XI. Titulum pro derelicto in publicorum jurium acquiſitionibus locum habere vix poteſt eſſe dubium; quæ tamen acquiſitio originaria cenſetur.

XII. In modis acquirendi derivativis continentur etiam modi quibus res alicujus eſſe deſinit: & *quibus modis acquirimus, iiſdem in contrarium actis amittimus l. 153. ff. de R. I. l. 1 ff. pro derel.* Communes, quibus jura amittuntur, modi ſunt, mors, reſignatio, derelictio, &, quod inter privatos maxime conſpicuum, decreto judicis facta ablatio jurium. Hæc, quod jura maieſtatis attinet, aut à lege fit, quæ mutuâ ex conventione ab initio placuit. (Eiusmodi eſt pactum legis commiſſoriæ, cuius inſtar in juram. Regum Poloniæ deprehenditur.) Aut fit à civitate, ex uſurpatione antiquis moribus congruâ; cuius exempla in Rerum Germanicarum Hiſtoriâ deprehendimus; aut ab exteris jure victoriæ. Solent hæc poſtrema negotia nunquam ſine cruentis ſpectaculis contingere. Quod non repugnantibus adimitur, reſignari magis videtur, quam eripi.

Acquiſitiones Principatuum Germ. juriumque Principalium.

XIII. Regimina Principatuum Germaniæ, quæ ſummæ Imperii Reip æmula appellat *Excell. Dn. Hugo Diſſ. Inaug. de ſtatu Region. Germ.* (exſtat hæc *Tom. 3. Exercit. Iur. Publ. quæ cura ICti famigerati Dn. Fritſchii prodiêre*) quædam per electionem conferuntur, quædam transmittuntur in hæredes & ſucceſſores, qui vel lege p. ſcriptâ p. non ſcriptâ feudali, vel Teſtamentis, in quantum de feudis teſtari conſuetudine

intro-

ntroductum; vel pactionibus v.c. Gentilitiis, Confraternitatum, Ganerbinatuum, vid. *B. Dn. Hahn. de Iur. Rer. concl. 75. 76. & Magnif. Dn. Præſ. Elect. Feud. cap. VI. §. 4.* conſtituuntur. Prima autem acquiſitio aut [1] ex conceſſione Imperatoris, *Vietor. de Exempt. Concl. 3. n. 9.* vel verâ, dum in feudum conceſſi principatus, vel imaginariâ, dum in feudum oblati ſunt ante hac patrimonia allodialia; exemplum vid. ap. *Magnif. Dn. Conring. præceptorem meum venerandum, Annotat. ad Lamp. Part. 3. cap. 5. p. 201.* aut [2] ex longi temporis jurium velut pro derelicto habitorum quaſi poſſeſſionis adjectione deſcendit: Jura ſane territorialia, ut vocantur, veluti per alluvionem incrementa cepére. *Eſt autem alluvio incrementum latens. Per alluvionem autem id videtur adjici, quod ita paulatim adjicitur, ut intelligi non poſſit quantum quoquo temporis momento adjiciatur.* Ita elegantiſſime *§. 21. I. de R. D.* ex *Gajo*, cujus verba v. *l. 7. §. 1. ff. de acq. rer. dn.* ubi per alluvionem jure gentium nobis acquiri dicitur.

XIV. Civitates Imperiales vel expreſſo Cæſarum privilegio, vel præſcriptione hominum memoriam excedente jurisdictionem (ita hodie ſolet appellari τὸ πολίτευμα ſ. κύριον τῆς πόλεως) quæſitam habere, docet *Paurm. de Iurisd. Imp. Rom. lib. 2. cap. ult. n. 34.* Harum regiminis poteſtas, quæ Imperio Germ. proxime ſubordinata, (cujus tamen ad abſolutam proximè accedentis radios quosdam inumbrat vicinorum Principum ſplendor, Advocatiæ, Conducendi & ſimilia in civitatum Imperialium finibus & meditullio jura ſibi aut vindicantium, aut habentium, & latius, quam civitatibus æquum videtur, explicantium. conf. *Vietor. de Exempt. Concl. XX. & not. & Concl. XXXIV.*) ut & Principalia jura (ita appello *ἐξουσίαν κοινωνεῖν ἀρχῆς βουλευτικῆς ἢ κριτικῆς, jus ſuffragii in deliberationibus ſuper negotiis Imperii*, quod competit Statibus quà Statibus, *Magnif. Dn. Cancell.* Schütz.

 Diſſ.

Diſp. Iur. Publ. VI. n. 4. & ſuperioritatem territorialem) finiuntur per exemptiones; quarum jura ſummâ induſtriâ diſceptat *Magnif. Dn. Cancell. Vietor. Tr. de Exempt.* Eſt verò *Exemptio* h. l. (deſcribente laudato autore concl. 9.) *Vindicatio Statûs ab immediatâ Imperij ſubjectione.* Ampliſſimus eſt de hoc argumento Juris publici campus.

Magiſtratuum conſtitutio. XV. Magiſtratuum & aliorum Officialium conſtitutio fit quaſi per Contractum Mandati, quo & privatus negotia ſua alteri gerenda committit; & uti Mandatum privati hominis non ſuſcipere cuilibet liberum eſt; ſuſceptum autem conſummandum eſt, aut quam primùm renunciandum, &, ſi exequi mandatarius velit, non debet excedere fines mandati, *§. 11. §. 8. I. de Mand.* Ita & publica officia Reipubl. *aut integræ*, quod per Vice principes, Miniſtros Statûs, Cançellarios ſupremam poſt principem omnium inſpectionem habentes, *aut in partibus ejus* gubernandæ, volentibus committuntur; (neceſſitas munerum publicorum, de quibus in ff. & C. de illis maxime intelligitur quæ cum ſumptu ſine titulo dignitatis ſubeuntur. Honorum civilium quidam oneroſi magis quam lucroſi itidem certo ordine nonnunquam invitis imponuntur.) quibus qui ea ſuſcipiunt mandantibus obligantur ad executionem, & cuſtodiendos fines mandati, quos formulæ juramentorum & literæ, quas Beſtallungen vocamus, deſignant. Harum Formulas regimini Principatûs Germanici aptatas exhibet *Vir illuſtris Dn. à* Seckendorff/ *in primo appendice* Teütſcher Fürſten Stats.

XVI. Obligantur verò hujuſcemodi mandatarii ad exactiſſimam quoque diligentiam, ut negotium geſtores, *§. 1. I. de obl. quæ quaſi ex contr. Suæ quidem quiſque rei moderator atque arbiter non omnia negotia, ſed pleraque, ex proprio animo facit. Aliena verò negotia exacto officio geruntur: nec quicquam*

quam in eorum adminiſtratione neglectum ac declinatum culpâ vacuum eſt; ſcribit *Imp. Conſtantinus l. 21. C. Mandati.* Nimirum

> *Reſpice quid moneant leges, quid Curia mandet.*
> *Præmia quanta bonos maneant, quam fulmine juſto*
> *Et Capito & Tubero ruerint, damnante Senatu,*
> *Piratæ Cilicum.* Iuven. Sat. 8.

Leges verò quibus Rom. Impp. antiqui Officialium ſuorum manus veluti conſtrinxêre, gravisſimi momenti eſſe, nemo rerum humanarum peritus non intelligit. *v. ff. & C. de Officiis præſ. præf. Iudic. de Contract. Iud. Vt omn. Iud. tam. Civ. &c.*

XVII. Hujuſmodi quoque mandata evaneſcere videmus, 1 ſiquidem ad definitum tempus injungantur, eo adveniente, uti tutela finitur, §. *5. I. q. m. tut. fin.* 2 Si ad certum negotium, quando finis negotio impoſitus; quomodo ſocietas finiri dicitur *§. 6. I. de Soc.* 3 Revocatione mandantis ex juſtis aut non injuſtis cauſis; hûc pertinet remotio, remisſio. 4 Renunciatione mandatarij, qui ex juſta causâ ſeſe excuſat; uti tutor, *§. ult. I. q. m. tut. fin.* Memorabile reſignationis Officij publici exemplum habemus *1. Sam. XII.* Et, cum mors omnia ſolvat, ſolvitur mandatum 5 morte alterutrius interveniente, §. *10. I. de Mandato.* Mori autem civiliter dicitur & is qui maximam mediamve capitis diminutionem patitur. Quod ſi alteruter ab hoſtibus captus ſit; propter jus poſtliminij jus quoque poteſtatis mandatario conceſſæ in ſuſpenſo eſſe videtur; uti jus patriæ poteſtatis *§. 5. I. q. m. jus. p. p. fin.* Si officialis (uti tutor vel curator *§. 7. I. de ſuſp. tut.*) ſuſpectus poſtulatur, quoad cognitio finiatur, plerumque interdicitur ei adminiſtratio.

XVIII. In mixtis Regnis & principatibus, qui à Capite & Ordinibus Regni vel Principatûs conjunctim conſtituuntur Officiales, Capite ruente non ſolvuntur officio: Ita nec Cameræ imperialis Jurisdictio exſpirat morte Impera-

peratoris. *Principes mortales, Rempublicam æternam eſſe*, ait Tib. Imp. ap. *Tacit. III. A. VI. n. 5.* Singula hæc exemplis, &, quæ in diſceptatione verſata ſunt juribus illuſtrare extra præſentis inſtituti metam poſitum eſt.

XIX. In multis Germaniæ locis publica jura magiſtratuum, hæc verò ſunt jura à ſummâ poteſtate conceſſa conſultandi de nonnullis, & judicandi, & præcipiendi, *4. Polit. cap. 15.* in hæredes transmittuntur cum bonis in feudum conceſsis, quorum virtute publica illa jura obtineri dignoſcuntur. *Moribus & conſuetudine jura omnia tam publica quam privata circumaguntur*, ait *Paurm. de Juriſd. lib. 1. cap. 29. n. 24.* At tantùm circumaguntur, non autem ipſa poteſtatis eſſentia mutatur. Eſſentiæ enim & moralium rerum æternæ videntur, licet modi quibus individua transferuntur fluctuent, & nunc magis conſonent cauſis ex quibus privata jura cuique acquiruntur, nunc prorſus diſſonent. *vid. paulo poſt, §. 21.*

XX. Eminentiora quoq; Principũ jura una cum bonis dividi videmus, tanquam judiciis famil. erciſcundæ, communi dividundo; hinc Receſſus diviſorii, Theilungs Receſſ. Hujuſmodi judicium videmus agitatum inter Antonium & Getam Severi Imp. filios malè concordes; quod tamen lacrimoſa matris interpoſitio infirmavit. Hiſtoriam refert *Herodian. lib. 4. cap. 3.* Etjam ſupra vidimus exempla translationum majeſtatis jurium per actus inter vivos & ultimæ voluntatis privatis juribus, quod eſſentialia translationum requiſita attinet, communes: Emptio venditio videtur contractus quàm maximè juris privati: So iſt je frembd zuvernehmen / ait A. Pfaltziſchen gegenberichts auff die Bäyerſche Deduction, ap. *Londorp. Act. Publ. Part. V. ſ. Contin. lib. 11. c. 33. p. 811.* auch ſo lang das Römiſche Reich Teutſcher Nation florirt nit erhöret / viel weniger unterſtanden worden / das ein Chur-

Churfürſtenthumb/ res inæſtimabilis, nulli par precio, adeoque dignitas regiæ æqualis, ſolle verkaufft und gekaufft worden ſeyn/ *cum Regna & Electoratus non cadant in commercium, vendi aut emi nec poſſint nec debeant*: Legimus Herodian. tamen Imperii Romani regimen â parricidis D. Pertinacis lib. II. c. 6. Didio Juliano ex causâ emptionis traditum. Forſan deteſtabile commercii exemplum! ut & hæc, cum officia publica, quorum ambitionem commendat [1] *Amor erga præſentem Statum*, [2] *δύναμις μεγίστη τῶν ἔργων τῆς ἀρχῆς, inſignis rerum* Ariſt. V. Polit. c. IX. *gerendarum dexteritas*, [3] *Virtus ac juſtitia cujuslibet Reipubl. Statui congrua*, veluti ſubhaſtantur, precioque nummario dehoneſtantur. Miſerandam hæc Reipubl. præcipitatæ arguunt faciem: Bodin. *de Rep. lib. VI. c. II. omnium ſordidorum mercaturæ generum nullum*, ait, *ſordidius, nullum turpius, nullum deteſtabilius, magiſtratuum & honorum mercaturâ.* Vnde & Simoniæ crimen ex jure Canon. deſcendens.

XXI. Frequentantur quoque alienationes arcium, caſtrorum, oppidorum cum pertinentijs, dignitatibus, juribus, (quorum complexu merum quoque imperium continetur) nemine de iniquitate actus vel ſomniante. Apud Romanos meri imperij commercium inauditum. *Qui mandatam jurisdictionem ſuſcepit proprium nihil habet*, ait l. 1. §. 1. ff. de Off. ejus cui mand. eſt jurisd. *Sed & ejus, qui mandavit jurisdictione utitur. Verius eſt enim, more majorum jurisdictionem quidem transferri, ſed merum imperium quod lege datur, non poſſe tranſire.* Verùm leges non ſolum expreſſa voluntate Legislatoris, ſed etiam tacito conſenſu populi magiſtratu connivente per deſuetudinem abrogantur. *l. 32. §. 1 ff. de leg.* Quandoque etiam aliæ rerum moralium ac jurium figuræ non-ſcriptis legibus introducuntur, ſalvis licet manentibus quæ ex ſcripto jure veniunt. In mero imperio & jurisdictione apud Germanicas nationes hoc conſpicuum

eſt, videmus enim aliam quidem eſſe patrimonialem Romanis legibus incognitam, quæ alienationibus obnoxia eſt, ut cetera quæ in patrimonio habentur; aliam vero deprehendimus repræſentare priſcam illam Iuſtinianeis legibus conſentaneam ſpeciem, qualis eſt in magiſtratibus publicâ autoritate conſtitutis, qui patrimonia quidem ſua in hæredes transmittunt, imperium verò & jurisdictio legis, vel principis, conſtitutione alteri datur. Ceterum quod Iurisdictionem & ſuperioritatem territorialem attinet, ſingularis eſt conſuetudo Nationis Germanicæ hujusmodi jura tum maſculis tum fœminis deferens; has quoque v. c. abbatiſſas principum titulo & honore inſignes, in Comitiis quanquam per ſuos Deputatos comparere permittens; quâ ut & ceteris conſuetudinibus ſalvis jus Juſtinianeum in Germaniâ receptum. Vnde & fœminæ apud nos Tutelam principum minorennium gerunt. Ceteroquin rectè loqui videtur *Auctor Refutationis* der *Recapitulation* Mecklenburgiſchen verlauffs Güſtrowiſcher ſeiten in Sachen vormundtſchafft (extat. ap. *Londorp. ſupplet. & Contin. part. IV. lib. II. & incipit p. 437.*) verba ejus ſunt. *§. 12. p. 446. ſeqq.* gleich wie wir nicht leſen/ das der Imp. Iuſtinianus ſolte verordnet haben/ daß ein Weibsbild zu einem Præfecto prætorio, Proconſule, Præſide, ſive pro alio Rectore provinciarum gebraucht werden könte oder möchte: So wenig auch dem Imperatori Iuſtiniano eine ſolche meinung mit füg könte affingiret werden/ das er ein weibesbild zu einer ſothanen Tutel, welche ein ſolch Regimen provinciæ in ſich begreifft/ durch ſeine Novellam conſtitutionem ſolte admittiret oder habilitiret haben. Recte, inquam, ſi unicum jus Juſtinianeum eſſet fons omnium diſputationum noſtrarum de eo quod juſtum: At vero quæ d. l. ſequitur *Informatio* wider das Schw. *Mem.* p. 543 *§. 26.* ita objicit: Man hat ſich aber damit nicht auffzuhalten/ weil die praxis ihme in faciem

wieder

wiederſpricht/ und die exempla es beſtättigen/ das ſo wol in auswärtigen gewaltigen Königreichen/ als im Heil. Röm. Reich die Mütter der Kayſer/ Könige/ und hoher fürnehmer Fürſten/ die auch jhre Jurisdictiones & Regalia gehabt/ Vormünderin geweſen/ und noch ſeind; wie der *Autor Replicarum in cauſa Lippe contra Lippe* pag. 11. & 12. derſelben einen ausfürlichen Catalogum geſetzet. Exempla habemus in Subſcriptionibus *Receſſ. Imp. de an. h. ſec. 54. 41. 13. 3.* Adeò ut qui in uno alterove Principatu contrarium adſtruere velit, præter ſpecialia familiarum pacta, Reverſales, Receſſus, ſpecialem obſervantiam & conſuetudinem contrariam legitime probatam, vix ullum ſuæ aſſertionis firmamentum habere videatur: quod etiam agnoſcit *Autor Refutationis dictæ Informationis* §. *60. d. l. p. 654.*

XXII. Vt autem modi conſtituendorum ac transferendorum jurium privatis uſitati publicis juribus transferendis quadam tenus accommodantur: ita vice verſa qui in publicis magiſtratuum juribus aſſignandis pluribus in locis frequentantur, & inter privatos recepti ſunt. Sortibus creari ſolent Magiſtratus in illis civitatibus, ubi plures pari jure veniunt, ubi *μεταβάλλει τὸ ἄρχον καὶ ἀρχόμενον, viciſſitudo eſt imperandi & parendi, I. Polit. IIX.* Sed & in nundinis videmus ſortium ductione cultellos & patellas acquiri ab ijs qui ſymbolam conſtitutam contribuunt, ferè ut qui in curiis legitimam perſonam ſortem capiendi habent.

XXIII. Civilis, liberalis & ſervilis ſubjectio in ſocie- §. 3. ſupr.
tate domeſticâ ex jure maritalis, patriæ ac herilis poteſtatis cap. 4.
cognoſcitur: eodem modo ex jure imperantium in ſubditos horum erga illos obligatio pateſcit: *τὰ αὐτὰ δεῖ τοὺς μὲν φάναι τοὺς δὲ διώκειν, quæ agenda ſunt imperans præcipere, ſubditus exequi tenetur.* Sociorum quamvis inæqualium com-

eſt , videmus enim aliam quidem eſſe patrimonialem Romanis legibus incognitam, quæ alienationibus obnoxia eſt, ut cetera quæ in patrimonio habentur; aliam vero deprehendimus repræſentare priſcam illam Iuſtinianeis legibus conſentaneam ſpeciem, qualis eſt in magiſtratibus publicâ autoritate conſtitutis, qui patrimonia quidem ſua in hæredes transmittunt, imperium verò & jurisdictio legis, vel principis, conſtitutione alteri datur. Ceterum quod Iurisdictionem & ſuperioritatem territorialem attinet, ſingularis eſt conſuetudo Nationis Germanicæ hujusmodi jura tum maſculis tum fœminis deferens; has quoque v. c. abbatiſſas principum titulo & honore inſignes, in Comitiis quanquam per ſuos Deputatos comparere permittens; quâ ut & ceteris conſuetudinibus ſalvis jus Juſtinianeum in Germaniâ receptum. Vnde & fœminæ apud nos Tutelam principum minorennium gerunt. Ceteroquin rectè loqui videtur *Auctor Refutationis* der *Recapitulation* Mecklenburgiſchen verlauffs Güſtrowiſcher ſeiten in Sachen vormundtſchafft (extat. ap. *Londorp. ſupplet. & Contin. part. IV. lib. II. & incipit p. 437.*) verba ejus ſunt. *§. 12. p. 446. ſeqq.* gleich wie wir nicht leſen/ das der Imp. Iuſtinianus ſolte verordnet haben/ daß ein Weibsbild zu einem Præfecto prætorio, Proconſule, Præſide, ſive pro alio Rectore provinciarum gebraucht werden könte oder möchte: So wenig auch dem Imperatori Iuſtiniano eine ſolche meinung mit füg könte affingiret werden/ das er ein weibesbild zu einer ſothanen Tutel, welche ein ſolch Regimen provinciæ in ſich begreifft/ durch ſeine Novellam conſtitutionem ſolte admittiret oder habilitiret haben. Recte, inquam, ſi unicum jus Juſtinianeum eſſet fons omnium diſputationum noſtrarum de eo quod juſtum: At vero quæ d. l. ſequitur *Informatio* wieder das Schw. *Mem.* p. 543 *§.* 26. ita objicit: Man hat ſich aber damit nicht auffzuhalten/ weil die praxis ihme in faciem

wieder

wiederſpricht/ und die exempla es beſtättigen/ das ſo wol in auswärtigen gewaltigen Königreichen/ als im Heil. Röm. Reich die Mütter der Kayſer/ Könige/ und hoher fürnehmer Fürſten/ die auch jhre Jurisdictiones & Regalia gehabt/ Vormünderin geweſen/ und noch ſeind; wie der *Autor Replicarum in cauſa Lippe contra Lippe* pag. 11, & 12. derſelben einen ausfürlichen Catalogum geſetzet. Exempla habemus in Subſcriptionibus *Receſſ. Imp. de an. h. ſec. 54. 41. 13. 3.* Adeò ut qui in uno alterove Principatu contrarium adſtruere velit, præter ſpecialia familiarum pacta, Reverſales, Receſſus, ſpecialem obſervantiam & conſuetudinem contrariam legitime probatam, vix ullum ſuæ aſſertionis firmamentum habere videatur: quod etiam agnoſcit *Autor Refutationis dictæ Informationis* §. *60. d. l. p. 654.*

XXII. Vt autem modi conſtituendorum ac transferendorum jurium privatis uſitati publicis juribus transferendis quadam tenus accommodantur: ita vice verſa qui in publicis magiſtratuum juribus aſſignandis pluribus in locis frequentantur, & inter privatos recepti ſunt. Sortibus creari ſolent Magiſtratus in illis civitatibus, ubi plures pari jure veniunt, ubi *μεταβάλλει τὸ ἄρχον καὶ ἀρχόμενον, viciſſitudo eſt imperandi & parendi, l. Polit. IIX.* Sed & in nundinis videmus ſortium ductione cultellos & patellas acquiri ab ijs qui ſymbolam conſtitutam contribuunt, ferè ut qui in curiis legitimam perſonam ſortem capiendi habent.

XXIII. Civilis, liberalis & ſervilis ſubjectio in ſocietate domeſticâ ex jure maritalis, patriæ ac herilis poteſtatis cognoſcitur: eodem modo ex jure imperantium in ſubditos horum erga illos obligatio pateſcit: *τὰ ἀυτὰ δεῖ τοὺς μὲν φᾶναι τοὺς δὲ διώκειν, quæ agenda ſunt imperans præcipere, ſubditus exequi tenetur.* Sociorum quamvis inæqualium com- §. 3. ſupr. cap. 4.

mune officium eſt, conſervatio ſocietatis; quam ſuperior dirigendo inferiorem, hic ſuperiori obſequendo procurat.

Ordines ſ. claſſes eorum ex quibus civitas conſtat.

XXIV. Uti autem imperantium in civitate plures ſunt ordines, & alij aſcendunt donec perveniatur ad unum ſ. hominem ſ. collegium, cui ceteræ poteſtates ſubordinantur, quædam velut in linea rectâ, quædam velut in æquilibrio poſitæ & coordinatæ ad unam; ut in Collegio: *Collegarum appellatione hi continentur qui ſunt ejusdem poteſtatis, l. 173. ff. de V. S.* Ita & ſubditorum diverſæ claſſes exiſtunt. Centurio apud Evangeliſtam; *Matth. c. 8. n. 9.* *ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας. Homo ſum alieno juri ſubjectus, habens milites in poteſtate.* Coordinatas autem ſubditorum claſſes potius diſtinguere oportet, quàm ſubordinatas: Superiores enim in ordine ſubditorum, hi jam poteſtatis publicæ videntur participes, adeoque in claſſe imperantium poſiti, quæcunque demum curationis ſpecies illorum fidei commiſſa ſit.

XXV. Sed & quæ non habent imperium perſonæ, imperium verò habentibus à latere publicâ autoritate conſtituuntur, ipſæ quoque in gradu dignitatis poſitæ ex privatorum claſſe eximuntur. Diverſi ab his ſunt *honores in quibus Reipubl. quid eis non committitur*, ut ait, *l. 8. ff. de mun. & hon.* ejuſmodi erant Conſules codicillares, *Rupert. ad Enchir. Pompon. lib. 2. c. 2. p. m. 192.* Præfecturæ honorariæ, *Novell. LXX.* & hodiè tituli Conſiliariorum, Secretariorum imaginarii; cujusmodi creaturas Pont. Rom. tempore Concilij Tridentini in Epiſcoporum ordine producebat. His quoque modis aliquid ex Republ. delibari, ſi non directè poteſtatem largiendo, tamen indirectè, onus communibus ſubditorum humeris ſuſtinendum perſonis quacunque dignatione conſpicuis auferendo, cujus portio ceteris accreſcat, notum eſt. Graviter de hujuſmodi exemptionum incommodis

modis loquitur Imp. *Prooëm. Novell. XXXIIX.* cujus verba non adſcribo. Qui autem ſuis conſilijs ſuiſque laboribus (*ita loq. idem Imp. de ſe & Sereniſſimâ Auguſtâ, l. 3. C. de quadr. praſc.* pro toto Orbe terrarum die noctuque laborant, *quare non habeant dignam ſuâ prarogativâ fortunam?* Itaque qui & dignitate, & virtute, & poteſtate publici officij ſunt conſpicui à communibus ſubditorum oneribus merito veniunt eximendi. *Sapè quorundam ita precioſa eſt opera in ſocietate, ut eos juſtum ſit conditione meliore in ſocietatem admitti: & ſapè opera alicujus pro pecuniâ, quam alter confert, valet. §. 2. I. de Soc.* Sed favor publicus immunitates plerumque diſpenſat, quo acquieſcendum.

XXVI. Sunt vero in civitatibus corpora atque ordines ſubditorum, neutris in alteros jus habentibus, ſed univerſis pariter ac ſingulis civitatis regimini ſubjectis, ad eorum, quibus vita civilis indiget, copiam habendam inſtituti aut permiſſi; v. c. corpora naviculariorum, mercatorum, fabrorum, piſtorum. *l. 1. pr. ff. quod cui. un. nom.* Item agricolarum, artificum, & imprimis corpus militiæ. Pleraque horum corporum *ad exemplum Reipubl. habent res communes, arcam communem & actorem ſ. ſyndicum; per quem, tanquam in Republ. quod communiter agi fierique oporteat, agatur, fiat. d. l. §. 1.* Ordines ſ. claſſes ſubditorum.

XXVII. Collegia opificum præ ceteris plus ſibi indulgere videntur, imperium & Jurisdictionem in membra collegii affectando; unde coërcitiones, multæ, excluſiones, receptiones quoque ſub conditionibus non niſi collegio proficuis, nullo publicæ rei habito reſpectu; unde fama eſt hujuſcemodi minutarum politiarum jura Publicâ Imperij lege imminutum iri. Omnem verò horum corporum ſpeciem perimere vix videtur è Republ. cum numerus ſubditorum nullis ordinum intervallis diſtinctus in infinitum pro-

 minere,

minere, per ejusmodi vero ordines, ſive illi ex identitate vitæ generis, ſ. aliunde cenſeantur, ad definitam quandam finitudinem reduci videatur, & ſic aptior effici ad frenos imperij capeſſendos, ſive tributa imperanda, ſ. in bellum ducendum, ſ. alia in Reip. utilitatem munia diſtribuenda. Domeſticusquoque decor urbium, jura præcedentiæ in publicis congreſſibus, expedita privatarum neceſſitatum ſublevatio, in incendiis, ſepulturis, defenſionibus ſubitaneis, dictis civium ordinibus nititur: Atque illorum omnium rationem habere oportet cum aliquâ ſubditorum ſuorum curâ Rempubl. gubernaturos. In Democratiis verò, ubi per Centurias, Tribus, Curias ſuffragia feruntur, Status civitatis nititur ordinibus civium coordinatis ad Reip. ſalutem æquali poteſtate & officio procurandam. Quomodo & quem in finem Pop. Rom. in Centurias, Tribus & Curias fuerit diviſus, declarat *Nic. Gruch. de Comit. Rom. lib. I. II. III. capp. init.*

XXVIII. Indigenatûs jura cum advenarum civium injuriâ interdum conjuncta eſſe non dubito. Reges pariter & alios civitatum proceres oportet eſſe non φιλομακέδονας tantùm, aut φιλοῤωμαίους, ſed φιλανθρώπους; ut ait Themiſtius, cit. *Grot. in Prolegom. æterni Operis de I. B. & P.* & virtutem civium ſuorum ad honores producere, ſive in antiquis familiis & indigenis, ſive in novitiis eam inveniant: Interim quod *gerendorum honorum non promiſcua facultas eſt, ſed ordo certus* huic rei adhibetur; *l. 14. §. 4. ff. de Mun. & Hon.* & quorum propriam virtutem Majorum de eâdem civitate præclarè meritorum claritudinis recordatio commendat, alijs adventitijs dubiamque fidem habentibus præferuntur, æquâ ratione nititur. Quanquam, vel dum hæc ſcribo, prodeunt exempla civitatum à civibus indigenis proditarum, & ab adventitiis conſervatarum. Vsque adeò parùm

juvat

juvat claro ſanguine cenſeri, pictosque oſtendere vultus Majorum, ſi coràm ijs malè vivitur.

XXIX. Eſt & diſtinctio in Landſaſſios Schrifftſaſſios, Ambtſaſſios, &c: it. Plebeji & Equeſtris ordinis: Qui inter utrumque fluctuant, illis ſe ſuperiores ferendo ab his pro genuinis haud agnoſcuntur. Sed

Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis
AEacidæ ſimilis, Vulcaniaque arma capeſſas;
Quam te Therſitæ ſimilem producat Achilles.

XXX. Nonnullibi ſubditorum multitudo conſiſtit non ſolùm in ordinibus agricolarum, opificum, &c: ſed & civitatum, provinciarum, regnorum, & regimen exiſtit, non tàm civitatis, quàm Syſtematis civitatum ac provinciarum, quæ intra fines ejusdem Imperii continentur. Hinc *Gajus l. 16. ff. de V. S.* ait: *civitates privatorum loco habentur*; ſc. in ordine ad Rempubl. dominantem, in cujus ordine infimum nonnunquam locum tenent, quamvis in ordine ad ſuos ſubditos publicam imperii poteſtatem habeant ex ſuperiorum arbitratu gerendam. Vnde Iura Provincialia, Municipalia; in quibus publici pariter ac privati juris diſcrimen noſcitatur.

XXXI. De peregrinis in qualibet civitate ſolet caveri, ne pari jure ſint cum civibus; ubi, quibus modis exuitur, ut ità loquar, peregrinitas, & civitas acquiritur, commodè traditur.

XXXII. In univerſum omnium tàm ſubditorum quàm non ſubditorum, & peregrinorum, ſive ſubſiſtentium, ſive tranſeuntium, vel commerciorum cauſâ, vel extra cauſam commerciorum, obligatio erga Rempubl. ex quibus cauſis naſcatur, in quibus conſiſtat, & quibus modis ſolvatur, cujuslibet civitatis publico jure definitur; quod, non minus ac privatum jus, collectum

lectum eſt ex Naturalibus præceptis, Gentium, ac Civilibus; teſte inter alios *Magn. Dn. Cancell.* Schütz *Sen. Colleg. Iur. Publ. Diſp. I. §. 5.*

Obligatio Subdit. 1. ad obſervant. leg.

XXXIII. In dictâ obligatione continetur debitum obtemperandi legibus civitatis, in quâ quis vivit; ſive ad ſingulorum, ſive ad Reipubl. ſalutem eæ pertineant: Sunt hi fines ſubordinati, nec alter ſine altero conſervari diu poteſt. Attamen *Salus Reipubl. ſuprema lex*; eamque reſpiciunt in ſubditis, debitum tributa publica inferendi, τὰς δημοσίας εἰσάγεσθαι φόρας, ait *Novell. CLXI. c. 2. Neque enim*, ait *Imp. d. l. aliter conſervare licet Rempublicam, niſi pientiſſimæ præſtationes importentur in publicum, ex quibus & militares nutriuntur copiæ, ut reſiſtatur hoſtibus, & per agros ac urbes agantur excubiæ: perfruuntur item reliqui ordines attributis ſibi ſalariis, reparantur quoque muri & urbes, denique omnia alia proveniunt, quæ communem ſubditorum utilitatem ſpectant.* add. *Grot. de I. B. & P. lib. I. c. II. n. 7.* Hæ ſunt διανομαὶ τῶν ἄλλων, ὅσα μερισὰ τοῖς κοινωνοῦσι τῆς πολιτείας. *Ariſt. V. Nicom. c. 2. n. 30. Diſtributiones ceterorum*, (antea de honoribus & commodis dixerat, hîc igitur onera communia intelligere debet quæ ſine honore veniunt) *quæ dividua ſunt ejusdem Reip. communione conjunctis.* Huc ſpectant leges & conſuetudines de modo collectandi; de quo *Victor de Exempt. Concl. IIX. n. 19. In publicis*, ait, *his contributionibus proportione Geometricâ nihil juſtius eſſe poteſt.*

2. ad tributa

3. Subditorum & exterorum ad vectigalia.

XXXIV. Tributa autem uti ſubditorum, ita Vectigalia ſunt debita etiam exterorum cum mercibus inprimis transeuntium, ad quorum ſolutionem Reipub. cujus fines tranſeunt, tenentur Gentium jure, *Grot. lib. II. c. II. n. 14.* inſtar compenſationis, ob ſecuritatem quæ præſtatur mercibus, & in recognitionem ſuperioritatis territorialis. Memorabilis eſt apud Tacitum locus *Annal. XIII. c. 50.* ubi *crebris populi*

puli flagitationibus immodeſtiam publicanorum arguentis, dubitavit Nero an cuncta vectigalia omitti juberet, idque pulcherrimum donum generi mortalium daret. Sed impetum ejus, multum prius laudatá magnitudine animi, attinuêre Senatores, diſſolutionem Imperii docendo, ſi fructus quibus Reſpubl. ſuſtineretur, deminuerentur. Quippe ſublatis portoriis ſequens ut tributorum abolitio expoſtularetur. &c: In omnibus vectigalibus ferè conſuetudo ſpectari ſolet: *idque etiam principalibus conſtitutionibus cavetur, l. 4. §. 2. ff. de publican. & vectig.*

XXXV. Dictæ obligationi tributorum, quæ appellantur Munera Realia ſ. Patrimonialia, in ſubditis accedit obligatio ad Perſonalia quoque & Mixta, ut vocantur, munera *l. 18 pr. & §. 28. ff. de mun. & hon.* ſubditi enim ad ſalutem Reip. res pariter & operas conferre tenentur; & quoniam res quibus Reſpublica indiget non ſemper à ſubditis poſſidentur, plerumque illarum æſtimatio exigitur, quæ in pecuniâ numeratâ conſiſtit; hinc frequentiſſimæ ſunt collationes pecuniæ, geldanlagen; contribuuntur tamen & aliæ res præter pecuniam, frumentum, animalia, v. c. Ritterpferde/ quandoque ædificia, horti, agri ſunt contribuendi, nullâ ſpe recuperationis; ſed non niſi ob ſummam rationem, & in caſu neceſſitatis inevitabilis, aut utilitatis publicæ privato commodo præponderantis. *v. Gail. 2. Obſ. 50.* Pecuniæ, frumenti, animalium, & aliorum mobilium contributio variis ſolet nominibus venire; quorum tamen omnium vis in eo conſiſtit, ut detur quod imperatum, aut idem, aut tantundem. Obligatio Subditorū ad munera perſonalia, realia, mixta.

XXXVI. Operarum præſtatio, quam perſonalium munerum nomine appellat Jus Rom. & definit *Perſonale munus, l. 1. §. 3. ff. de mun. & bon. quod corporibus, labore, cum ſolicitudine animi ac vigilantiâ ſolenniter extitit;* in plura genera dividitur: Ratione diſcriminis partim à fine cujus gratiâ Munerum perſonalium differentiæ.

tiâ operæ imponuntur, partim ab objecti externi, circa quod operæ verſantur, qualitatibus petitâ. Hinc quædam munera perſonalia ſpectant commodum privati hominis, & aut unius ſeparatim, v. c. tutela, cura; aut plurium conjunctim, v. c. judicandi neceſſitas, *l. fin. §. 14. ff. de mun. & hon.* quædam commodum Reip. ſuntque vel cum dignitatis gradu conjuncta, & appellantur Honores, v. c. Decurionatus, vel ſine titulo dignitatis, & ſtant in nomine munerum perſonalium; v. c. curſûs vehicularis ſolicitudo, angariarum præbitio. *d. l. §* 4. Honores ſemper certis perſonis aſſignantur; ſunt enim *ἀρχικόν τι, munera ſ. officia quæ in imperando conſiſtunt*, animique vigilantiâ magis quam corporis labore præſtantur, & reſpectu virtutis ac prudentiæ muneri congruæ conferuntur: *Inprimis conſideranda perſona eſt ejus cui defertur honor ſ. muneris adminiſtratio: item origo natalium: facultates quoque an ſufficere injuncto muneri poſſint l. 14. §. 3. d. t.* Reliqua munera perſonalia quæ ſunt *ὑπηρετικά, miniſterialia*, & corporis labore quàm animi vigilantiâ magis expediuntur, aut ita ſe habent; ut illorum præſtandorum virtus omnibus communiter inſit; v. c. angariæ, ſequela; hæc vel ambulant ab uno in alium, vel ab omnibus, aut pluribus ſimul exiguntur; aut requirunt certam operantis peritiam, minusque commodè in plures veluti momentaneè transeunt, quando v. c. plurium intereſt ſcire quis muneri iſti ſit præfectus. Hujuſmodi munerum, quæ perſonis certis aſſignantur, nonnulla locorum & temporum moribus nunc honorata, nunc honoris vacua cenſentur, & horum quædam velut indifferentia, quædam etiam ſubignominioſa.

XXXVII. Mixta munera ſunt eorum qui corporale miniſterium gerunt cum ſumptu ſive erogatione, *arg. l. f. §. 16. ff. de mun. & hon.* Honorum quoque ex Romano-

rum

rum definitione *l. 14. pr. d. t.* quidam cum ſumptu, quidam ſine erogatione contingunt.

XXXVIII, Hujusmodi realium ſ. patrimonialium, perſonalium & mixtorum munerum obligatio in quibusdam ſubditis aut ab initio non naſcitur, aut orta perimitur per *jus immunitatis*, quod nonnullis conceditur, vel ſtatim quando ceterorum onera definiuntur, vel deinceps, dum perſona quædam aut ſola, aut ejus familia ſimul, donatur privilegijs. Exemptiones ab oneribus interdum & præſcriptione nituntur; quæ tamen in hac re vix aliud ſuæ ſecuritatis fundamentũ habet præter potentiam præſcribentium, ejus, adverſus quem præſcriptum eſſe intenditur, viribus majorem. Hinc vacatio & excuſatio munerum, privilegia, exemptiones; magni haud rarò momenti in civitate jura. Omnis hæc tam obligatio, quam ejus ceſſatio, conſuetudine cujusque loci inprimis definitur. *Quod officiis, curiis, civitatibus, principiis vel collegiis præſtitum fuiſſe cognoſcitur, perpetuæ legis vicem obtinere ſtatuimus*, ait *Imp. l. 3. C. quæ ſit longa conſ.* Vbi vero jus civitatis proprium, aut jus provinciale ſcriptum vel non ſcriptum tacet, jus commune loquitur: & hujus quoque quæ ſine ſcripto venit pars primùm, dein quod ſcripto comprehenſum; & hujus noviſſima portio primùm, antiqua deinceps.

Vacatio munerum & immunitas

XXXIX. Quædam erga Rempubl. tam ſubditis quam peregrinis incumbens obligatio pendet quaſi, & certis caſibus committitur. Hujus obligationis vinculo reſpondent jura fiſci, deſignantia quibus modis ſubditorum & extraneorum res in commiſſum cadant. *Quod commiſſum eſt ſtatim deſinit ejus eſſe, qui crimen contraxit. l. 14. ff. de publican. & vect. & commiſſis. Fiſcus cum in privati jus ſuccedit, privati jure pro anterioribus ſuæ ſucceſſionis temporis utitur: ceterum poſteaquam ſucceſſit, habebit privilegium ſuum. l. 6. pr. ff. de jure fiſci.*

Differentialis obligationum ſubditis incumbentium.

XL. Alia

XL. Alia ab hac eſt obligatio ad munus, quod vel in dando, aut faciendo tantùm, vel in utroque pariter conſiſtit; quando *ceſſit* quidem dies, nondum autem *venit*; (uti *l. 213. ff. de V. S.* has voces explicat) cujusmodi ſunt quæ *in diem* debentur, ſive *certum*, v. c. Schoß/ & aliæ contributiones quarum præſtatio certis anni temporibus exigitur; ſive *incertum*, ſed à conditione aliquâ pendentem, v. c. Auffbott der Ritterpferde/ Römerzug olim, Fräwlinſteür. In plurimis tamen præſtationibus *dies ſimul cedit & venit*: Cujuſmodi jus Monarchiam arguit magis abſolutam, quæ obligationes ſubditorum erga principem pro arbitratu definit, ac in hujuſmodi rebus manu regiâ, non autem certo quodam jure, utitur. De liberâ poteſtate imperandi tributa regnantibus permittendâ vel non permittendâ, eleganter diſſeritur apud *Barclai. Argen. lib. 4.*

Obligatio ſubditorũ & extraneorum ex delictis.

XLI. Pœnales obligationes, (liceat hanc vocem ad reatum ſignificandum adhibere. Eſt verò Reatus obligatio ſubeundi pœnam delicti commiſſi expiatricem) tam *extraneorum*; nam & erga hos Magiſtratus cujuslibet loci habet imperium i. e. apprehendendi & ſupplicium irrogandi poteſtatem, *ſi quid manu commiſerint, l. 3. ff. de Off. Præſ.* quàm *ſubditorum*, qui ordinariè tenentur legibus ſuæ civitatis; ſimilem habent ortum quem quæ ex pollicitationibus in civitatem factis, aut quælibet obligationes inter privatos ex conventionibus & contractibus: ſc: quod actu non exiſtant, niſi quis delictum, quod leges publicâ coërcitione dignum reputant, commiſerit. Hinc conſurgit totus ordo juris criminalis. νόμοι, ait *Philoſ. IV. Polit. c. I. in fine.* καθ' οὓς δεῖ φυλάττειν τοὺς παραβαίνοντας αὐτούς. *leges ex quarum præſcripto oportet animadvertere in transgreſſores legum.*

Ius criminale

Iura rerum ad Rempubl. pertinentium.

XLII. Eſt vero οἰκεῖος ὕλη, *objectum proprium* Politici, Legislatoris & ICti, *multitudo populi & rerum civilis ſocietatis.*

tatis. VII. Polit. c. IV. Cura quoque oeconomica ad hæc duo pertinet. πλείων ἡ σπουδὴ τῆς οἰκονομίας περὶ τοὺς ἀνθρώπους, ἢ περὶ τὴν ἀψύχων κτῆσιν, καὶ περὶ ἀρετὴν τούτων, ἢ περὶ τὴν τῆς κτήσεως, ὃν καλοῦμεν πλοῦτον. *1. Polit. c. IIX. Potior cura domeſtica eſt hominum quàm poſſeſſionum, & illorum virtutis, quàm harum, quas appellamus divitias.* Poteſtas dirigendi perſonas & res perſonarum, ſi quas habent, in finem civilis ſocietatis, quo & cujuslibet privati ſalus continetur, imperium civitatis ac in civitatem dicitur: *Imperium* enim eſt jus in caput ac bona alterius, ſalutis causâ: correlatum ejus eſt *Paritio*, obligatio nempe ad exequenda ea quæ Superior, ſive imperans, in caput & bona noſtra rectæ rationi congruenter ſtatuit.

XLIII. Particulas illius obligationis præcipuas, quatenus illa privatam pariter & publicam ſalutem reſpicit, hactenus attigiſſe videmur: Reſtat verò jus ac poteſtas Reipublicæ in Res, quæ ICtis in ſpecie dicuntur *Publica. l. 17. ff. de V. S.* quæ ſunt *civitatium velut bona.* In bonis autem noſtris computantur, non ſolùm *quæ dominii noſtri ſunt,* ſed & *ſi bonâ fide à nobis poſſidentur. AEque bonis annumerabitur* etiam *ſi quid eſt in actionibus, petitionibus, perſecutionibus. l. 49. ff. de V. S.* Hâc ratione & res ſacræ & eccleſiaſticæ eminenti dominio Civitatis ſubjectæ ſunt, & in bonis civitatis ſunt, ſed ad certum uſum deſtinatis, cui non niſi urgente neceſſitate poſſunt eripi; uti panes oblationis, *1. Reg. XXI.* Actus illius dominij cernimus in ſeculariſationibus.

Dominium eminens.

XLIV Res humani juris, *ait l. 1. pr. ff. de R. D.* aut publicæ ſunt, aut privatæ. *Quæ publica ſunt, nullius* (privati) *in bonis eſſe creduntur: ipſius enim Vniverſitatis eſſe creduntur.* Hæ res Vniverſitatis, cujus & in quam omne imperium ac poteſtas in unum hominem conferri poteſt, *§. 6. I. de I. N. G. & Civ.* easdem videntur habere differentias, quas res ſingulorum

Differentiæ publicarum rerum.

lorum ſ. privatorum. Sunt enim aut *corporales*, aut *in-*
Corporales *corporales* : illæ aut mobiles, aut *immobiles* : & hæ, aut *naturâ* tales, ut res ſoli, quæque naturâ ſolo cohærent, Territorium, montes, ſylvæ; aut *arte*, ut urbes, arces, propugnacula, aut *deſtinatione*, v. c. inſtrumenta ad defenſionem fortálitiorum deſtinata. *Mobiles* ſunt, Exercitus, claſſes, armenta, feræ beſtiæ, &c: Sunt *opes* Reipub, partim *naturales*; partim *mixta*, accedente induſtriâ à naturâ productæ; partim *artificiales*, monopoliis, commercijs, exactionibus, alijsque ex publico jure deſcendentibus acquirendi modis comparatæ. *Corn. Tacitus 1. An. c. XI.* opum publicarum mentionem facit, ubi de Inventario Imperij Rom. ab Oct. Auguſto Imp. confecto ſermo: *Proferri libellum*, ait, *recitarique* (Tiberius) *juſsit. Opes publicæ continebantur, quantum civium ſociorumque in armis, quot claſſes, regna, provinciæ, tributa, aut vectigalia, & neceſsitates ac largitiones. Quæ cuncta ſuâ manu perſcripſerat Auguſtus.* Et ad has pertinet *jus civile quod eſt in publicarum rerum lege aut more poſitum*; ut loquitur *Tullius in Partit.* Speciales differentiæ rerum ex Iure antiquo Francico deſcendunt: ſc. *Patrimonii* & *Domanii regalis*, quorum illud Regis proprium, hoc autem Regni atque ipſius Coronæ. Horum jura & cum Romanor. juribus convenientiam vel diſſonantiam attingit *Hotoman. Francogall. c. 8. 9.*

XLV. *Territorium* (quod inter immobilia maximum) *eſt Vniverſitas agrorum intra fines cujusque civitatis. l. 239. §. 8. ff. de V. S.* qui fines non loco, non ſitu, ſed per actus jurisdictionales deſignantur. *Victor. de Exemp. Concl. XXVII. n. 15.* Quandoque verò non tàm territorium, quàm territoria continentur finibus ejusdem regiminis civilis; ubi nempe inter opes publicas numerantur regna, provinciæ; quod Imp. Octavius Auguſtus ejusque ſucceſſores faciebant,

bant. Et Hiſpanicum Imperium gloriatur ſolem ſibi nunquam occidere. *Speidel. Spec. Notab. V. Capitulation. Caraffa Germ. Sacr. Reſtaur. pr.*

XLVI. Incorporalia ſunt, ipſa Majeſtatis, ut vocantur, jura, inter quæ Dominium in univerſum territorium, ejusque partes; quarum particulæ publici, aut privati juris ſunt: In has quoque dominium civitatis eminens ſtatuunt *Grotius* ejusque ſectatores. Vbi partes territorij nexu feudali dependent à ſummâ poteſtate, hactenus illi dominio accedit dominium directum in bona feudalia; allodia verò immediata ſub eminenti dominio requieſcunt; ut & mediata, quæ neceſſitate exigente, ut ſupra dictum, privatis poſſeſſoribus vel invitis poſſunt eripi. Exterorum territoria eorumque partes poſſunt à civitate noſtrâ jure pignoris, ſequeſtri, &c. poſſideri. Servitutum inſtar habent, jura Advocatiæ, Conducendi, das Gelcit/ Wildfangiatûs, &c: Poſſunt & alieno nomine teneri regna, v. c. tutorio, adminiſtratorio, jure precarij: *Nabarzanes ad Darium* ait: *Beſſum regem temporis gratiâ ſtatuamus. Compoſitis rebus, juſto regi tibi* fiduciarium *reſtitues* imperium. *Curt. lib. 5. c. 9.* Populi Romani conſuetudo erat, ut haberet inſtrumenta ſervitutis & reges. *Vid. Grot. de I. B. & P. l. III. c. XV. n. 9.* Sic Atherbal profitetur, *regni Numidiæ* tantummodo *procurationem ſuam, cæterum jus & imperium penes Pop. Rom. vid. Magnif. Dn. Præſ. Elect. Iur. feud. cap. IV. §. 1.* Ex ſimili juris capite Dejotarus Rex apud Iul. Cæſarem capitis reus agebatur, patrocinante *Tullio*, qui *Orat. pro Dejot. pr.* ait: *Eſt ita inuſitatum, regem capitis reum eſſe, ut ante hoc tempus non ſit auditum.* De hoc verò in dictâ Orat. Cic. fatetur, quod Cn. Pompejum juſtis hoſtilibusque bellis adjuverit: & *venit,* ait, *vel rogatus, ut amicus; vel arceſſitus, ut ſocius; vel evocatus, ut is qui Senatui parére didiciſſet:* Et hîc demùm rem acu tangit. In quibusdam

Incorporales.

territo-

territoriis eſt Ius Condominatûs plurium, qui aut ſimul, aut per vices regimen habent; hujuſmodi ratio regendi vocatur Mutſchierung. *vid. Knipſchild. de fideic. fam. nob. cap, 6. n. 317.* Sed hîc recurrimus ad modos acquirendi & habendi integrum regimen civitatum ac ditionum; nec aliter potuit fieri; cum uno actu quæri ſoleat imperium & dominium. *Grot. de I. B. ac P. lib. II. c. III. n. 4.* Æquè incorporale eſt *Ius territoriale*, Majeſtat. æmulum; cujus particulas exponit *Knipſchildt, de fideic. fam. Nob. cap. 10. n. 100.* Item *imperium merum*, & *mixtum*; de quib. *ibidem n. 101. 102. 103.* Et quælibet alia jura ſ. facultates activæ.

XLVII. Diſtributio quoque curationum publicarùm in civitate, de quâ in loco de magiſtratibus, communis eſt regimini perſonarum & rerum. Quædam curationes ordinantur ad defenſionem limitum, munimentorum; quædam ad conſervationem rerum publicarum, tum in civitate, tum extra illam, ad reditus accipiendos inque rationes referendos: Hinc Præſides & Cuſtodes provinciarum, arcium; Præfecturæ, Quæſturæ, Cura ſylvarum, &c: *vid. Ariſt. VI. Polit. c. 8.* Vt autem acquiruntur, ita & minuuntur amittunturque imperia ac dominia, iiſdem penè modis.

Obligationes inter diverſas Reſpubl. contractæ.

XLVIII. Cum juribus obligationum quas duo patres famil. inter ſe, aut juſſu eorum alij, contrahunt, convenientiam habent obligationes quas ſummi imperantes aut per ſe, aut per miniſtros, ineunt: Sed quod ibi conventio, hîc dicitur confœderatio, fœdus, unio, liga, alliancia.

Foederum jura.

Ius Rom. appellat conventiones publicas, *l. 5. ff. de pact.* & eadem generali definitione publicarum ac privatarum conventionum eſſentiam notificat. Vtraque enim eſt *duorum pluriumve in idem placitum conſenſus.* Publica pacta ſunt, ait *Nic. Vigel. Commentar. de Pact. conv. cap. 2. quando publicæ perſonæ de publicâ causâ quid paciſcuntur.* Publica etiam con-

conventio eſt civilis multitudinis in civitatem cöeuntis, mutuoque conſenſu certam regiminis formam aut ab initio conſtituentis, aut priſtinam mutantis. Quando perſonis jura magiſtratuum conceduntur, aut expreſsè aut tacitè conveniri intelligitur; quod ſupra declaravimus.

XLIX. Quicquid de privatarum conventionum conſtitutione & conſecutione naturali æquitati, quam leges civiles infinitis in locis exhibent, & velut Naturæ voce pactiones interpretantur, conſentaneum eſt, quo minus & in publicis conventionibus plerumque locum habeat, cauſam video nullam.

L. In pactionem inituro requiritur *facultas & voluntas* paciſcendi; *illa* partim *naturalis*, ſcientia nempe ejus quod geritur, (errantis enim nullus conſenſus, & qui non intelligit quod agit nullum negotium rectè gerit) & potentia conſenſum ſignis exprimendi; partim *moralis*, ſc. facultas, aut ſuo, aut alieno nomine, paciſcendi; illa continetur in libertate naturali, hæc ex mandato fluit. Voluntas impeditur vi, metu, errore, quo minùs liberè concurrat ad pactionem; Vnde quæ ex his cauſis geſta ſunt nativo defectu laborant; &, ſi opinione mortalium pariunt obligationem, naturali tamen ratione dictante merentur reſcindi, aut retrò nulla declarari. Quod ſuperveniente conſenſu obligatio velut retrotrahitur, ex accidente eſt. Poteſt autem quis & per interpoſitam perſonam paciſci, & per alium acquirere obligationem *t. t. l. per q. p. nob. obl. acq.*

LI. Placitum, in quod conſenſus decurrit, non debet eſſe rectæ rationis dictamini contrarium. Prætor ait: *Pacta conventa quæ neque dolo malo, nec adversùs leges, plebiſcita, &c. facta erunt, ſervabo.* Sunt verò leges *aliæ* divinâ quadam providentiâ conſtitutæ, mentique humanæ partim ſine ſcripturâ aut voce præconis, partim per revelationem

primùm impreſſæ; unde Jus divinum Naturale & Poſitivum. *Aliæ* approbatione & conſenſu tacito Gentium humanarum; *aliæ* arbitratu ſummæ poteſtatis in quaque civitate conſtitutæ, aut comprobatæ. *§. 1. 2. & 11. l. de I. N G. & C.* Quicquid iſtis dictatur omnes homines peræque obligat, notitiam dictaminis habentes, quod in Naturalibus legibus mens ipſa ex ſeſe intuetur, & veluti divinat, *μαντεύεται*, ait *Philoſ. 1. Rhet. c. XIII.* Quod ſi qua ſunt à Naturali jure ſeparata Gentium jura, ex mutuo conſenſu ortum habent, uti pactiones quibus privati & pares ſe invicem obligant. *ἡ γὰρ συνθήκη νόμος ἐστὶν ἴδιος, καὶ κατὰ μέρος. 1. Rhet. c. ult. n. 36. Conventio enim eſt lex privata, & particularis. καὶ ὅλως αὐτὸς ὁ νόμος*
V. Nicom. *συνθήκη τίς ἐστιν.* eod. c. n. 37. *& omnino ipſa lex pactum quod-*
VII. n. 9. 11. *dam eſt*, tanquam per *propoſitionem* placiti, i. e. orationis circumſtantias agendorum determinantis, *à ſuperiore* factam, & *acceptationem inferioris* initum. Hæc duo enim neceſſaria videntur ad legem, ut actualem habeat obligationem, *vid. infr. c. 8. n. 1.* Multò magis dicta Gentium jura inſtar pactionum tacitarum habere dicimus, ad quarum conſtitutionem plures pari jure concurrunt. Quæ ex ſolo naturali jure agenda vel omittenda veniunt, obligationem & inter gentes habent, quamvis nulla conventio ſpecialis intervenerit; quorum tamen obligatio augeri videtur pactione initâ, per quam modus perſequendi obligationem neglectam conſtitui ſolet. Eſt autem obligatio inter gentes de naturâ indifferentibus conſtituta, contrariâ voluntate diſſolubilis: *Nihil* enim *tam naturale eſt, quàm eo genere quidve diſſolvere, quo colligatum eſt. l. 35. ff. de Reg. Iur.* Civilia jura eos tenent qui ejusdem civitatis regimini ſubſunt; & hæc quam maximè reſtringunt placita paciſci cupientium.

LII. Forma pactionum conſiſtit in declaratione con-

ſensûs

ſensûs mutui, ſignis ad conſenſum ſignificandum idoneis; Hæc naturalis eſt omni conventioni. Externæ ſolennitates naturâ indefinitæ ſunt; utrum paciſcentes velint dextras jungere, certis verborum formulis uti, teſtes, ſcripturamve adhibere, aut juramenti firmamentum adjungere. Privatis autem conſtitutæ ſunt certæ obligationum contrahendarum formulæ, ad quarum circumſtantias poſitivas Summæ poteſtates inter ſe inituræ pactionem teneri non videntur. Solent & publicæ conventiones quæ inter ejuſdem civitatis membra conſtituuntur, quod ritus & quæ in oculos incurrunt attinet, in proprio & à privatarum rerum lege ſeparato jure conſiſtere. In his tamen pariter & illis à moribus antiquis & multis retro ſeculis uſitato jure haud facile ſolet recedi. Fœderum ſanciendorum ritus, tùm in Sacris literis *Geneſ. XXXI. n. 44. & ſeqq.* tum apud gentiles illuſtrium rerum ſcriptores, paſſim inveniuntur. vid. *Tacit. A. XII. cap. 47. Xenoph. Exped. Cyri, lib. II. Inter Græcos*, ait, *& Perſas fœdus percuſſum, mactatis ſuper ſcuto, tauro, apro, lupo, ariete, in quorum ſanguine enſes Græci, haſtas Barbari intinxerunt.* Chriſtianis Principibus in fœderibus pronunciandis uſitatarum ſolennitatum exemplum habemus apud *Cominæum de Bello Neap. lib. 3. princip.* Hûc etiam ſpectant inaugurationum ſolennia, quibus publica ſubjectio populi alicujus Regi aut Principi facta velut in notitiam Orbis deducitur: Inter plurima exempla illuſtre extat apud *Caraffam, Germ. Sacr. reſtaur. in hiſtor. anni 1625.* In Magiſtratuum conſtitutione, quam velut per contractum mandati fieri diximus, vix eſt oppidum quod non ritus & mores ſuos habeat, quorum conſtitutiones publici juris particulas conſtituunt; non ſecus ac Aureæ Bullæ deciſiones, Electionis Cæſareæ ordinem definientes.

LIII. Conventionis effectus formalis eſt obligatio

paciſcentium ad id quod in conventionem deductum, *Magnif. Dn. Struve S. I. Civ. Ex. VI. T. 14. n. 11.* Vt vero effectus ille ſequatur, oportet cauſam integram anteceſſiſſe; nempe perſonarum paciſcentium, rei in conventionem deductæ, & modi paciſcendi conditiones naturali jure debitas; quas hactenus recta ratio nullius mortalium arbitrio ſubdita declarat. In civili autem ſocietate Juris civilis dictamini aſſurgimus, quod circumſtantias, ut ceterorum actuum civilium, ita & pactionum, Naturali jure indefinitas, certitudinis in rebus agendis contrahendisque habendæ gratiâ (omne enim indefinitum incertum; & hoc actionibus impedimento eſt) definit; atque ita certas obligationum contrahendarum formas rectæ rationi conformes conſtituit, rationis vigorem habituras apud eos, qui propriæ rationis dictamen, erroribus affectibusque obnoxium, ſecuturi, nihil, aut pauciſſima, ſano conſilio acturi eſſent.

LIV Ex conventione publicâ à perſonâ ſummæ poteſtati ſubordinatâ absque ejus voluntate initâ non obligari ſummam poteſtatem, docet *Grot. de I. B. & P. lib. II. c. XV. n. 16.* deeſt enim principium dans validitatem actui, voluntas nimirum ſummæ poteſtatis, & facultas in paciſcente; quæ in hujuſmodi negotijs, niſi ex voluntate ſuperioris, oriri non poteſt. *Conf. Grot. d. l. c. XI. n. 12.* Conventionum inter ſummas poteſtates metu initarum ardua eſt interpretatio; vide *Magnif. Dn. Myleri Nomolog. Ordd. Imp cap. IIX. q. 14.* & *Magnif. Dn. Strauch. Diſſert. Exoter. I. n. XI.* In univerſum tamen tàm de publicis quàm privatis conventionibus verum, *Nihil tàm congruum* eſſe *fidei humanæ, quàm quæ inter eos placuerunt, ſervare.* Adde *Grot. d. l. III. c. ult.* Solent conventiones ſummarum poteſtatum inter ipſas formari, firmari, confirmari, reformari, aliaque cum exte-

ris

ris negotia geri per Legatos; unde legationum jura, inſignis portio juris publici ex Gentium jure deſcendentis. Iura Legationum.

LV. Quando ſummæ poteſtates mutuis obligationibus quæ ex Naturali & Gentium jure, eique congruenter initis pactionibus naſcuntur, contraveniunt, graves oriuntur controverſiæ, non ſolùm privatis domibus & parietibus, ſed regnis quoque ac Imperijs ruinam, oppreſſionem minitantes, nî aut transactionibus, aut compromiſſis, aut mediationibus, alijsve ad controverſias pacifice componendas inventis modis ſopiantur. vid. *Grot. de I. B. lib. II. cap. XXIII.* Graviter *Q. Curt. Hiſt. lib. 9. c. 4.* ait: *delebant incolæ urbem, hoſtes defendebant: Adeò etiam Naturæ jura bellum in contrarium mutat.* Eſt tamen in rebus humanis ſæpè inevitabilis belli neceſſitas; & *juſta bella, quando neceſſaria.* Sequitur itaque *de Iure belli: In quo & ſuſcipiendo, & gerendo, & deponendo, jus ut plurimum valet & fides.* Verba ſunt *Tullii 2. de leg.* Huic methodo Tullianæ dividendi jus belli congruenter *acutiſſimus nuper Ienenſium Philoſophus, Dn. Gœtzius in Digreſſ. de legibus, quæ manuſc. exſtat, cap 5. de lege Gentium. §. 8.* ſubdividit jus belli in jus belli apparatum, progreſſum & effectum dirigens. Iura belli *Lex belli,* ait, *circa ingreſſum eſt, quæ gentes dirigit circa auſpicium belli rite faciendum. Ad hanc ſpectat Clarigatio, dicta alias jus feciale: hodie per Manifeſta hoc peragitur. Huc ſpectat Tranſitus per territorium hoſtile, quatenus gentium intereſt eum concedi vel denegari. Lex circa belli progreſſum occupata terminatur his capitibus: de* 1 *Charactere militari,* Dem Worte oder der Loſung. 2 *Stratagematibus, horumque uſu.* 3 *Diſciplinâ militari rigore ſummo conſpicuâ, ſubitaneâ clementiâ ſæpe temperatâ.* 4 *Cæde & jugulatione hoſtium* 5 *Captivitate imò & capturâ.* 6 *Servitute legali ex captivitate oriundâ. Iura belli exitum dirigentia uno nomine Victoria dici conſueverunt; his vero comprehenditur,*

ditur, 1 *Præda ſ. jus in res hoſtium, maxime mobiles.* 2 *Repetitio cadaverum occiſorum* 3 *Jus in animas hoſtium capturâ prehenſorum.* 4 *Triumphus, ſ. glorioſus victorum in patriam regreſſus, qui olim ingente Martiâ, id eſt, Romanâ ad ambitionem excreverat;* (vide *Carol. Sigon.* de Jure civium Rom.) *hodie intra limites coërcetur.* (Jam apud Rom. tempore Principum ceſſabat pompa illa. *Iul. Flor.* de Reb. geſt. Rom. lib. 4. c, ult. ait: *& jam Cæſar tantus erat, ut poſſet triumphos contemnere.* Quo habitu *Agricola* Britannis devictis Romam intraverit, exponit *Tacit.* in ejus vitâ, cap. 40. *noctu in urbem, noctu in palatium, ita ut præceptum erat, venit: exceptusque brevi oſculo & nullo ſermone, turbæ ſervientium immixtus eſt.* Congruenter Principatûs ingenio, quod & Ioabus reverebatur *II. Sam. XII. num. 27. 28.*) 5 *Redemptura ſive debitum liberandi ex manibus hoſtium civem in ſtatione ſuâ captum.* 6 *Poſtliminium, quod inter privilegia militum Gentium conſenſu confirmata numeratur.* Hæc laudatus vir de Iure belli: Cujus adjectâ mentione præcipua Vniverſi juris capita attigiſſe videmur; quorum exquiſitior diſtinctio ad eum pertinet, qui operoſius hæc tractare voluerit. Hîc tantummodo aditum mihi præparo ad ſequentium declarationem.

CAPUT VII.

Cujusmodi jus maximè accommodatum ſit cognoſcendis & componendis cauſis forenſibus. Quæ judicandi leges Publicâ Imperii Germ. conſtitutione præſcriptæ ſint Iudicio Aulico Cæſ. Iudicio Camerali, Reviſorio, & Auſtregarum conſeſſibus: Vbi nonnulla de differentiis proceſſûs Ordinarii & Summarii.

I. Quemadmodum publica jura, tam quæ majeſtatica, quam, quæ his ſubordinantur, Magiſtratuum, Senatorum, Iudicum, (Eccleſiaſticorum & Secularium) & aliorum

Reipubl.

Reipubl. munera gerentium, quod modos acquirendi, exercendi, conſervandi, transferendi, amittendi attinet, cùm privatarum rerum legibus ac moribus aliquam habeant convenientiam, in antecedentibus declaratum. Exercitium majeſtatis jurium illos habet limites quos Naturalia, Divina & Gentium jura illi aſſignant: Conventiones de illius modo inter ejusdem civitatis Proceres initæ Iuri Naturali & Gentium vigorem ſuum acceptum ferunt. Pertinent vero omnia hactenus dicta ad actuum civilium extrajudicialium ordinem. In Judicijs ſuſcipiuntur *ἐπανορθώματα τῶν ἀδικημάτων, correctiones actuum injuſtorum*; quorum alii ſunt publici, alij privati juris transgreſſiones, quidam utriusque. Summa in quaque civitate poteſtas, ita cum *Grotio* appellamus perſonam jus habentem; *cap. 1. de Imp. S. P. c. S.* gaudet privilegio de in jus non vocando, ſive, ne in jus vocari poſſit: intelligo mortalem judicem; quem, eò quod ſumma eſt, non agnoſcit, (Græci hoc appellant eſſe *ἀνυπεύθυνον*) ſolius Numinis tribunal adoratura: At prorogare poteſt jurisdictionem humanam, compromittendo in judices, aut conſtituere homines actuum ſuorum merita examinaturos. vid. *Grot. de I. B. & P. lib. I. c. III. n. 8. lib. II. c. XXIII. n. 8.* Ac in mixtis Rebusp. non tantùm ſubditorum, ſed & Reipubl. Principum lites in Judicijs cognoſcuntur & componuntur; quod in Imperio Germ. manifeſtum eſt.

II. Hîc quæritur, utrum communia ſint in Imperio Germ. publicarum controverſiarum, (quæ tàm inter principes, quàm alias publicas perſonas, quarum nonnullæ enumerantur *§. 5. Inſt. de Atil. tut.* ratione acquiſitionis, exercitij, derivationis, conſervationis, recuperationis, amiſſionis publicorum jurium; cujuſmodi ſunt regimina principatuum, jura ſuffragii in Comitijs Imperij, officia publica magiſtratuum, Senatorum, judicum, &c. exoriuntur,) &

priva-

privatarum, ſi non ſemper loca iudiciorum, & perſonæ judicium conſtituentes; communis tamen & in utrisque eademque fundamentalis, ut ita dicam, procedendi ratio; & communia publicas privatasque cauſas examinandi & judicandi principia.

III. Haud rarò parùm ſolet convenire inter juris interpretes, quænam ſint cauſæ publicæ aut privatæ; fortè ex eâ ratione, quod multi cauſæ ſuæ magis ſerviunt quàm veritati. Nos ex objecto controverſiæ ſpeciem æſtimamus; nimir. in quacunque diſceptatione vertitur *publicæ* & Reipubl. ſive integræ, ſive in partibus ejus regendæ, *poteſtatis* cujusdam acquiſitio, exercitium, conſervatio, amiſſio, recuperatio; quæque dictæ poteſtati reſpondet, ſubditorum (quandoque & peregrinorum) *obligationis erga Rempubl.* v. c. tributorum, vectigalium, onerum perſonalium, *(vid. cap. 6. n. 33. 34. ſeqq. & n. 23. d. c.)* modificatio, extinctio, &c. hanc dico cauſam publicam. Lex 13. §. 1, *C. de Iudiciis*, ait, *Cauſas quæ ad publicas reſpiciunt functiones.* L. 5, § fin. *ff. de Cap. min. publica jura* appellat *Officia Magiſtratuum, Senatorum, Iudicum.* Et Tutelam & Curam, *ait pr. I. de Exc. tut. placuit publicum munus eſſe:* ac fortaſſis fuit, tempore liberæ Reip. ubi quilibet civis jus Comitiorum habebat, adeoque perſonam publicâ & quadamtenus Reipubl. poteſtate præditam gerebat: Sed poſt Auguſti tempora, *verſo civitatis Statu, cum nihil uſquam priſci & integri moris, omnîs exutâ æqualitate juſſa Principis aſpectare*; (Verba ſunt *Taciti l. A. 4.*) onera quidem publica civium Romanorum communia erant; at legum conſtitutio, *Magiſtratuum creatio, ad curam Principis pertinebat, non ad Populi favorem. l. 1. pr. ff. de L. Iul. ambit.* Iamque Auguſtus cœperat *Tribunitium jus, munia Senatûs, Magiſtratuum, legum in ſe trahere; Tacit. I. A. 2.* manentibus licet & penes alios ijsdem magiſtratuum vocabulis.

lis. Hinc in ff. *Officium Conſulis* definitur, *conſilium præbere manumittere volentibus.* Qui proinde jure potuit de ſe dicere:

Eheu! quantum mutatus ab illo

Conſule, quem *Roma Parentem,*

Roma patrem Patriæ Ciceronem libera dixit.

Hinc, cum & cives Romani deſiiſſent gerere *Magiſtratum indefinitum*; (ἀόριστον ἀρχήν, ait *Ariſt. III. Polit. 1.* & civis κυρίως ita dicti eſſentiam hoc nomine ſignat) illi quoque qui horum tutelam aut curam gerebant, non amplius in Comitiis tutorio aut curatorio nomine comparere tenebantur; deſierant itaque verè publicum ac Reipubl. munus ſuſtinere. Hodiè autem Electorum ceterorumque Imperij Principum impuberum vel minorennium tutelam vel curam munus verè publicum eſſe latè deducit *Autor* ſupra cap. 6. n. 21. allegatæ *Refutationis* der *Recapitulation* Mecklenburgiſchen verlauffs *&c.* ap. *Londorp. Act. Publ. Tom. IV. lib. II. p. 442. ſeq.* Verius dicimus, eam ratione nonnullorum actuum eſſe publicum munus, ratione nonnullorum verò privatum. Etenim quælibet publica perſona certo reſpectu etiam privata eſt, privataque bona & jura habet; quippe publicam privatamve perſonam cum dicimus, jus ipſius demonſtramus, *arg. l. 195. §. 2. ff. de V. S.* Tutores verò Imperij Principum tàm publica quàm privata pupillorum ſuorum jura tutorio nomine adminiſtrant: illud vel ex ſubſcriptionibus Receſſuum Imperij diſcimus. Conf. *Lampad. de Rep. Rom. Germ. Part. III. C. IV. n. 26, 27.* Sed ad privatas publicasque cauſas (quales & *Cic. 1. de Orat.* ait eſſe *cauſas judiciorum, Concionum, Senatûs.*) cognoſcendi principia redeo.

IV. Multorum auribus blanditur magni illius juris publici Germ. antiſtitum anteſignani vox: *Non licere immenſos illos publici juris agros regnorumque latifundia privata-*

rum legum decempedâ metiri, & arduas publicas controverſias ad ſubtiles legum normas examinare. Nonnulli delectantur præcipiti judicio *Lipſii* Lotharium Imp. tanquam ſecundum Romani Iuris autorem incuſantis, quaſi ſpinas & tricas eo ipſo ſeverit in re judiciariâ: Quod & *Lehmannus* vir doctiſſimus amplectitur, *lib. 5. c. 46. Chron. Spir.* cum tamen initio d. c. ex *Sigonio* fateatur, Daß viel ſchwere ſtreitigkeiten und irrungen —— durch die Richtſchnur und wegweiſung der Römiſchen Recht/leichtlich erörtert / und in weniger zeit groſſen beſchwerungen abgeholffen. Alij juris civilis cognitione inſignes viri reprehendunt cruda nonnullorum de rebus quas non ſatis intelligunt judicia. *Paurmeiſterus de Iurisd. Imp. Rom. lib. 2. c. 6. n. 158. ineptum &* ἀπολίτευτον *eſſe*, ait, *quod ſcripſit autor Informationis Donavvertenſis, non ex Bartolo & Baldo Iuris publici cognitionem hauriendam eſſe.*

Duplex ratio controverſias judicandi.

V. In hac opinionum contentione rationis & ſententiarum optimâ ratione nitentium cynoſuram ſequi oportet. *Duplex eſt controverſias judicandi ratio;* una *ex proprio arbitratu* judicantis, altera *ex legibus præſcriptis*; ut & quisque mortalium agit id quod aut ſibi, aut alij, quem ſapientiorem credit, viſum. Quodcunque judicandi principium ſincerius eſt, & paucioribus errorum periculis obnoxium, hoc absque dubio præſtantius erit altero: Ejuſmodi verò eſt ἄνευ ὀρέξεως νοῦς ὁ νόμος. *lex, mens ſine appetitu* affectibus obnoxio. Affectus pervertunt judicia optimorum quoque virorum, qui αὐτογνώμονες judicant: Lex igitur eſt præſtantior dux in judicio de rebus quas agere oportuit oportetque ferendo, quàm proprium cujusque arbitrium. Conſentit *Ariſt. II. Polit. c. VII.* οὐκ αὐτογνώμονας βέλτιον κρίνειν, ἀλλὰ κατὰ γράμματα καὶ τοὺς νόμους. adde *cap. 8. d. l. & I. Rhet. I. n. 13.* Conſentit legiſlator Rom. *pr. I. de Off. Iud. Inprimis illud obſervare debet judex, ne aliter judicet, quam legibus aut*

conſti

conſtitutionibus aut moribus proditum eſt. Quid Germaniæ ſapientes cenſeant paulò poſt oſtendam.

VI. Eſt autem lex omnis quò generalior, eò obſcurior in ſingulorum actuum directione: ἐλλείπει διὰ τὸ καθόλου, *deficit ob generalitatem*; *V. Nicom. X.* dum multas circumſtantias omittendo intellectum non ſatis illuminat; & in quantum hic incertus eſt, in tantum obligatio voluntatis aut omnino ceſſat, aut vim ſuam debito modo exerere non poteſt: nemo enim eſt quem vel mediocris conſcientia tangit, quin ſecurius ducat abſtinere ijs de quorum juſtitiâ non ſatis eruditus eſt. *Contrariarum rationum æqualitas videri poteſt eſſe effectivum dubitationis: cum enim in utramque partem ratiocinamur, & æquè videntur omnia utroque modo fieri, tum dubitamus utrum agamus,* ἀπορῦμεν ὁπότερον ἂν πράξωμεν. *VI. Top. V. t. 27.* Conf. *Grot. de I. B. lib. 2. c. 23. n. 2. Thom. Quodl. 9. art. 15.* Vt igitur leges munus ſuum implerent, oportebat quæ agenda, quæ omittenda, μὴ μόνον καθόλου λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς καθ' ἕκαστον ἐφαρμόττειν. *Non tantùm in universum dicere; ſed & ſingularibus factorum ſpeciebus accommodare jura generaliter conſtituta. II. Nicom. VII. pr.* Optima autem & certiſſima eſt interpretatio legis, quæ ab ipſo legislatore proficiſcitur: *Ariſt. V. Nicom. X. t. 16.* Vnusquisque enim optimus mentis ſuæ interpres: lex verò ex mente & voluntate legislatoris fluit. Quamobrem ſi aliquod jus unà cum interpretationibus ſuis ab ipſo legislatore comprobatis extat; hoc profectò in majori precio habendum, quàm paucæ & generales actionum inſtituendarum normæ, quas ſingularibus factorum ſpeciebus ſine interpretationis à pluribus ſapientibus exaſciatæ & comprobatæ adjumento rectè applicare, ἀκριβοῦς καὶ περιττῆς διανοίας, *VI. Top. IV. t. 3. exquiſiti & excellentis ingenii eſt*; quo plurimi deſtituuntur.

Interpretatio legum neceſſaria eſt.

VII. Ex omni autem jure, quod humano ingenio compoſitum eſt, nullum pluribus æquitati naturali congruis interpretationibus vel comparari poteſt cum Jure Romano, quod Imp. Iuſtiniani auſpiciis prodiit. Forenſem intelligo interpretationem; non verò legum ad moralia & civilia principia examen; in quo diſquiritur, non tàm quid conſtitutum, ſed quo Reipubl. commodo, & quàm congruenter æternæ nullisque mutationibus obnoxiæ legi; & quid potius fuiſſet conſtituendum? Cujuſmodi examen ab alio, quàm qui Politicorum ICtiſſimus, aut ICtorum πολιτικώτατος, ſperari vix poteſt: Cui verò aut Politices aut Juris ſcientia magis adeſt, uter horum felicior legum judex ſit futurus, dubitare me facit *Ariſtot. III. Polit. VII.* περὶ ἐνίων οὔτε μόνον ὁ ποιήσας, οὔτ᾽ ἄριστ᾽ ἂν κρίνειεν, ὅσων τὰ ἔργα γινώσκουσι καὶ οἱ μὴ ἔχοντες τὴν τέχνην. οἷον οἰκίαν οὐ μόνον ἐστὶ γνῶναι τοῦ ποιήσαντος, ἀλλὰ καὶ βέλτιον ὁ χρώμενος αὐτῇ κρινεῖ, χρῆται δ᾽ ὁ οἰκονόμος. καὶ πηδάλιον κυβερνήτης τέκτονος. καὶ θοίνην ὁ δαιτυμὼν, ἀλλ᾽ οὐχ ὁ μάγειρος. *De nonnullis neque ſolus, qui fecit, neque optime judicaverit, quorum ſc. opera intelligunt etiam qui artem non didicerunt: ceu domum non ſolùm ejus eſt cognoſcere, qui fabricavit, ſed & melius qui utitur ipſâ, exiſtimabit, utitur autem paterfamiliâs: & clavum gubernator quam faber: & epulum conviva, ſed non coquus:* Simili ratione, addendum, *& legem ICtus, quàm Politicus*: hic autem vult eſſe conditor legum, quarum uſum ICto ſe transſcribere profitetur.

Duplex juris civilis declaratio.

de legum epicriſi.

VIII. Eſt illa nonnullis moleſta Romani juris prolixitas non tàm incertitudinis, quàm certitudinis argumentum: hanc ſanè plurium ſingularium controverſiarum deciſionibus affectârunt ejus compoſitores; quorum vota ſi in nonnullis eventus deſtituit, idem à poſteris, quod *Ariſtot. in fine Organi,* optâſſe præſumendi ſunt; τοῖς μὲν παραλε-

λειμ-

λειμμένοις τῆς μεθόδου, συγγνώμην, τοῖς δὲ ευρημένοις πολλὴν χάριν ἔχειν. *Ea quæ ad hujus Methodi conſummationem ſunt prætermiſſa, veniâ dignari; quæ verò ſunt inventa, multâ proſequi velint gratiâ.* Neque ſemper eſt contradictio ubi eſſe videtur, inprimis talibus qui minimam, ut apparet, facti circumſtantiam, maximum tamen ad deciſionem ſic aut aliter formandam momentum habentem, non attendunt. De legum ac Iuris interpretationum multitudine præclarè judicat *graviſſ. ICtus Io. Ferrar. Montanus*, Præfat. in Comment. ad t. ff. de R. I. *Quare illis non aſſentior*, ait, *qui leges & medicas, & cuivis velut digitos ſuos cognitas poſſe fieri contendunt, ne id quis obſervare adſtringatur, quod aut minus expoſitum ſit, aut per vitam unius hominis, quamvis longam, vix comparabile. Domi ſanè atque inter parietes haud difficile fuerit hujusmodi Rempubl. imaginari, quæ ut pauciſſimis decretis gubernari, ita & cogitationibus illis reſpondere poſſit. Sed ubi in publicum iſti prodierint, & humani ingenii æmulationem, ſtudiorum atque contentionis progreſſum, paululùm, & quaſi per tranſennam, adſpexerint, non dubito quin & iſtas tot legum ſanctiones, tot Commentariorum plauſtra ad compeſcendum deſideria hominum toties variantia, necdum ſufficere ſtatim ſint pronunciaturi. Permittant mihi itaque illi, quæſo, leges pro rerum exigentiâ paucas eſſe non poſſe, proinde ob varietatem illam atque æmulationis ſtudium intricatas & quæ abſque interpretantis præſidio cuivis non ſint apertæ.* Hæc vir animi & ſermonis integerrimi. Similia habet *Matth. Gribald. de Rat. Stud. lib. I. c. XI.* Poſtremis Ferrarii verbis conſonus eſt *Tullius, Epiſt. fam. 18. lib. XII. Edit. Siber. quæ in aliis Edit. eſt lib. VII. Ep. 19.* Ubi ait: *Nullam artem literis ſine interprete & ſine aliquâ exercitatione percipi poſſe. Et ipſum Ius Civile, quanquam plurimis libris compoſitum ſit, doctorem tamen lumenque deſiderare.*

IX. Quod ſi vaſtum illud *Iudiciariæ prudentiæ* corpus

non

non niſi prolixâ induſtriâ finibus ingenij poteſt concludi, cogitetur *ardua munia*, quale inprimis eſt judicandi munus, *magna virtutis*, per quam ritè fiant, *egere*: Ea vero in præſenti negotio eſt δικαστικὴ φρόνησις, quæ ut omnis habitus mentis activus, univerſalium & ſingularium cognitione abſolvitur; quarum illa contemplantibus jucundior, hæc actutientibus commodior: Et, ſi rectè advertas, *univerſalium certitudo experientiæ, per quam ſingularia innoteſcunt, debetur*, quod quomodo fiat, oſtendit *Philoſ. II. Poſt. c. ult. t. 5.* atque *ἃ δεῖ μαθόντας ποιεῖν, ταῦτα ποιοῦντες μανθάνομεν. quæ oportet facere edoctos, ea faciendo diſcimus. II. Nicom. I.* Et τὰς ἀρχὰς τὰς περὶ ἕκαστον, ἐμπειρίας ἐστὶ παραδοῦναι. *Propria cujusque rei principia tradere, experientiæ eſt.* Ariſt. I. Prior c. XXX. t. 3. De propriis verò ibidem ſermo.

X Cum itaque juſtitiæ in forenſibus negotiis exercendæ ratio ex nullo Iure felicius hauriri poſſit, quàm Romano; hujus autoritatem, qui avorum noſtrorum temporibus Imperium tenuêre, & in Germaniâ valere voluerunt; ſalvis tamen juribus Germanicarum nationum proprijs, tàm conſtitutis quàm conſtituendis; qualem ijs mentem fuiſſe eventus docuit. vid. *Magnif. Dn. Conr. elaboratiſſ. Opere de Orig. Iur. Germ. cap. 33.*

XI. An verò publicas cauſas in judicijs ſ. ordinarijs ſ. extraordinariis, iisq; quæ ad ſimilitudinem judiciorum rediguntur, & ad finiendas lites pertinent; in Compromiſſis, Commiſſionibus, Auſtregis, Reviſionibus; ordiendi, perſequendi, probandi, finiendi ratio ſeparata à privatarum cauſarum contentionibus conſtituta ſit; ut ut publica illa jura, quæ alter alteri tribuere recuſat, ſæpe ſpecialibus modis extra judicium conſtituantur, deferantur, acquirantur & transferantur; hoc, inquam, ipſa legum vox, eique congrua praxis judiciorum, nobis demonſtrabunt.

XII. Cau-

XII. Cauſas in *Judicio Aulico Caſ.* tractandas exprimit *auſpiciis D. Ferd. III.* anno 1654. *renovata Aulici Conſilii Ordinatio,* (extat ap. *Limnæ. l. P. Tom. V. qui eſt addition. Tom. II. in Addit. ad lib. IX. cap. 4.*) *Tit. II.* his verbis: In unſerm Reichs-Hoff-Rath ſollen alle und jede Sachen/ das Heil. Röm. Reich/ derſelben Hochheit und Recht/ Herrligkeit/ Gerechtigkeit/ Pfandtſchafft/ Löſung/ Regalien, hohe und niedere Lehen/ privilegien, Indult, Confirmation, und anders/ wie ſolches nahmen haben mag/ und in ſumma, was nach den unfehlbaren Juſtitien dirigirt und decidirt werden ſoll/ —— allda angenommen/ gerechtfertiget/ darüber erkennet und die nothdurfft außgefertiget werden. Enumeratas cauſas quam maxime publicas eſſe, nemo civilium rerum gnarus non intelligit.

XIII. Jus ex cujus præſcripto dictæ cauſæ cognoſcendæ & componendæ, ibid. *Tit. 1. §.* Und weilen dann/ &c. conſtituitur; ubi poſt alia priorem obligationem habentia Jus Cæſareum obſervari præcipitur: So dann zuforderſt unſere Röm. Keyſerl. Wahl-Capitulation, Reichs-Abſcheid/ Religion und profan-Frieden/ &c. —— und in mangel derſelben die Keyſerliche Rechten und rechtmäſſige obſervationes in acht nemmen/ und nach demſelben jhre Decreta, Beſcheid und Urtheil/ richten/ aber mit nichten einigerley eigenſinnige Meinung denſelben fürziehen. *Tit. V.* §. Unſer Præſident ſoll/ &c. *legimus*: geſtalt dann auch gedachter unſer Præſident keines wegs geſtatten ſoll/ daß einer von unſern Rähten ſein votum anderſt/ dann den Gerichtlichen acten und documenten zu folg/ nach den Reichs Conſtitutionibus, und Gemeinen Rechten/ formire, darzu auff vernünfftige und genugſame erhebliche urſachen fundire, auff das nicht unbedächtliche majora, oder andere inconvenientien durch eigenſinnige vota verurſachet werden. Sub finem *d. Ordin.* habetur Iuramentum eines Reichs-Hoff-Rahts; ubi inter alia jurare tenentur, jetzige

und

und künfftige des H. Reichs Conſtitutionen und Satzungen/ neben denen gemeinen beſchriebenen Rechten/ die Kayſ. Wahl-Capitulation, —— &c. in acht zunemmen. Hujus juramenti memores eſſe graviter admonentur *d. Ord. tit. V. §. fin.* Es ſollen unſere Reichs-Hoff-Rähte in allen Reichs-Hof-Rahts Sachen/ und was demſelben billig zugehörig und anhängig iſt/ allezeit jhren zu der Heyligen juſtitien leiblich geſchwornen Eyd/ und deſſen verantwortung am Jüngſten Tag wohl in acht behalten/ und darwieder von keinerley urſachen wegen/ wiſſentlich nichts handeln: Inprimis memorabile eſt, quod ſub finem d. Ordin. (*ap. Limnæ. p. 438. 439.*) legimus: So ſollen auch Unſer Kayſerl. Wahl Capitulation, „alle Reichs Abſchied/ Cammergerichts Ordnung/ Münſter: „und Oſnabrückiſche Friedenſchluß/ Reichs Matricul, Con- „cordata Nationis Germanicæ, Corpus Iuris Civilis & Ca- „nonici, und der Ständ privilegia, auff dero Reichs Hofrahts „Tafel/ damit man ſich deren in zweiffelhafftigen Fällen ge- „brauchen könne/ ſtets vorhanden ſeyn/ und von ſelbiger nicht „verrückt werden.

XIV. Cæterùm *Quoad Proceſſum Iudiciarium Ordinatio Cameræ Imperialis etiam in Iudicio Aulico ſervabitur per omnia.* Sic diſponit *Inſtrum. Pacis Caſ. Suec. tit. V. §. 54.* Iam verò Eminentiſſimi Cameralis judicij Aſſeſſoribus in *Ord. Cam. Part. 1. cap. 13. §. 1.* hæc præſcripta eſt cauſas judicandi lex: Die Beyſitzer deß Cammergerichts ſöllen in keiner Sach/ ſie ſey ſo gering als ſie immer wolle/ allein auff jhr Gütbedüncken oder eigen fürgenommen/ und nicht dem Rechten gemäß informirten Gewiſſen/ ſondern auff deß Reichs gemeine Recht/ (*Communia jura* indubiè Romana ſunt, ait *Magn. Dn. Conr. de O. I. G. cap. 33. p. 213.*) Abſcheid/ und den jetzt bewilligten/ und auff dieſem Reichstag auffgerichten Frieden/ in Religion- und andern Sachē/ &c. nach vermög und außweiſung jhres Eyds/ wie er hie unden

geſetzt

geſetzt urtheil faſſen und außſprechen. Formula illa juramenti extat *Part. II. cap. LVII.* Es ſollen auch der Cammer Richter und Beyſitzer/ ein jeder/ zuvor und ehe er auffgenommen wird/ einen Eyd zu Gott und auff das H. Evangelium ſchweren/ dem Käyſ. Cammergericht getrewlich und fleisſig ob zu ſeyn/ und nach deß Reichs-gemeinen Rechten/ Abſcheid/ &c. —— dem hohen und niedern/ nach ſeiner beſten verſtändnüs/ gleich zu richten. Hîc perſonis dignitate inæqualibus ex ijsdem legibus jus dici jubetur. Clarius loquitur *§. 2. cap. XIII.* paulo allegati: ſondern männiglich/ weß Würden oder Stands der ſey/ ohne einige ſondere affection bey und vermög obangeregter jhrer pflichten/ gleichmäſſig Recht ſprechen und mittheilen.

XV. In Judicio Camerali autem agitantur & publicæ uſæ, v. c. jurium territorialium, exemptionum, quibus jus ſuffragij in comitijs Imperij univerſalibus, & immediata Jurisdictio Imperii in Statum aliquem, controvertitur. *Gail. Obſ. 21. lib. 1.* Quamvis non omnes immediatè Imperio ſubjecti ſint Status Imp. v. c. Immediati Nobiles Imperij, Aſſeſſores eminentiſſimorum in Imperio Tribunalium; olim quoque perſonæ quæ præter Status Imperij conſtitutæ erant in Regimento Imperij; & alij publica Imperij officia absque titulo dignitatis & poteſtatis Statuum gerentes; v. c. General ReichsFeldherr/ General Reichspoſtmeiſter/ &c: it. Communitates & pagi immediati, de quibus Inſtrum. pacis, & *Goldaſtus, cit. Dn. Hug. de Statu Regionum Germ. cap 1. n. 8.* De cauſis exemptionum & immunitatum à collectarum onere diſertè in *Receſſ. Auguſtano de an. 1548. §. 54.* Und ſoll unſer Käyſerl. Cammergericht nicht allein in Sachen/ ob ein Standt billig oder unbillig außgezogen ſey/ ſondern auch ob einer deß Reichs anſchlag befreyet/ darwieder/ wie in ſolchen Fällen recht iſt/ præſcribiret/ oder ſonſt aus erheblichen rechtmäßigen urſachen ſein hülff in daß

Perſonæ Imperio immediate ſubjectæ.

Cauſæ exemptionum.

Reich zu thun nit ſchuldig/ und zu dem [illegible] oder dem gewinnenden Außzieher cum onere ſeines anſchlags / oder frey/ heimfallen ſolle/ wie ſich daß/ nach gelegenheit der Sachen/ auß den Actis befindet / nach außweiſung gemeiner Recht zu erkennen/ und endlich zu ſprechen haben.

De litigioſa poſſeſſione.

XVI. Conſtitutio Imperij ſuper *litigioſâ poſſeſſione*, quæ teſte *Gail. I. Obſ. 5.* omnium maximè obtinet in caſu, quando inter Status & Nobiles primarios Imperii ob contentioſam & controverſam poſſeſſionem alicujus rei, aut *Iurisdictionis*, vel ſervitutis, ſubeſt præſens periculum armorum; hoc autem plerumque fieri ſolet ratione collectarum, ſalvi conductûs, aut juris venandi, alijsque de cauſis; quarum aliæ naturâ ſuâ, aliæ moribus & obſervantiâ Imperij ad jus publicum pertinent; hæc, inquam, conſtitutio *Remedium ſequeſtrationis, retinendæ poſſeſſionis*, quibus & privati poſſeſſiones noſtras tuemur, accommodat eminentibus principum, aliorumque in ſubditos ſuos principum æmulam poteſtatem habentium, juribus conſervandis. Ad reſtitutionem Inſignis & Magnifici Principatûs ex *Interdicto unde vi* agendum, cenſet Autor deß Pfaltziſchen gegenberichts auff die Bäyerſche Deduction ap. *Londorp. Act. Publ. Part. V. ſ. Contin. lib. II. c. 33. p. 810. Et quamvis*, ait Gail. d. l. n. 8: *conſtitutio iſta de interdicto Retinendæ poſſeſſionis propriè accipienda & intelligenda ſit, tamen exiſtimo eam etiam in poſſeſſorio Adipiſcendæ procedere poſſe, quando videl. vacantem poſſeſſionem uterque armatâ manu apprehendere velit.* Textus *Ordin. Cam. part. II. cap. XXI. §. 3.* ait, zu erkennen / welchem Theil die poſſeſſion oder quaſi einzugeben oder zu inhibiren ſey/ ſich derſelben biß zu endlichen außtrag deß Rechtens in poſſeſſorio oder petitorio, zu enthalten.

de Lege Diffamari.

Conſtitutio ſuper *l. Diffamari* itidem in Jure Juſtinianeo fundamentum ſuum agnoſcit; locumque habet tum in alijs tum in cauſis fractæ pacis,

pacis, in Landfriedbrüchigen ſachen/ inprimis adverſus Imperio immediatè ſubjectos *Gail. I. Obſ. IX. X.*

XVII. Conſtitutiones Imperij de *pace publicâ*, quæ omnes omnium ordinum Status Imperii, majorum & minorum gentium, & cujuscunque dignitatis perſonas, ſummas, medias & infimas æque obligant, interpretatur *Gailius* ex jure Communi eiusque interpretibus, nullâ poſt eum promulgatâ Imperii conſtitutione hos eius auſus damnante; quod utique fieri debuiſſet, ſi arduas publicas controverſias ad ſubtiles legum normas examinare non liceret. Sed nimirum una Imperii deciſio in terminis, quâ juris Iuſtinianei in his controverſiis definiendis autoritas recipitur, plus valet quàm mille generalia, non tantùm ſine lege, ſed, quod durius eſt, contra leges loquentium pronunciata. Vbi autem lex non diſtinguit proceſſum publicarum & privatarum cauſarum, neque nos diſtinguere debemus. de pace publicâ.

XVIII. Nec poſt conſtitutum & aliquoties formatum ac reformatum Camerale judicium deprehendimus abrogationem legum Romanarum. *In Receſſu Imp. de Anno 1654*, ubi de proceſſibus abbreviandis ſerio actum, vide Conſultationes Procerum Imperii, ap. *Londorp. Act. Publ. Parte V. ſ. Continuat. lib. I.* Seſſ. cxxv. cxxvi. cxxvii. cxxiix. *ſeqq.* prohibetur articulandi modus, peremptorialium, eliſivorum, additionalium, aliorumque ad æternitatem proceſſûs prominentium articulorum oblatio: Hæ verò moræ ex præſcripto Iuris Iuſtinianei nequaquam fluxerant; ubi inſtantiæ cauſarum civilium præfinitur tempus triennii. *l. Properandum. C. de Iudic.* At *Criminales cauſas omnimodo intra duos annos à conteſtatione litis connumerandos finiri cenſemus, nec ulla aliâ occaſione ad ampliora produci tempora.* ait *l. ult. C. ut intra cert. temp.* De quibus *ll.* vid. *Oldend. tr. de Vſuc. & Præſc. cap. de Iudiciis, n. 11.* Breviorem controverſiis præfi- Reformatio proceſſus in Receſſ. noviſſ.

 gendam

gendam cenſet inſtantiam elegantiſſima ... cautelis judiciorum diſſertatione *Barclajus lib. 3. Argen. nonprocul à fine.* Quæ autem in Noviſſimis Receſſibus expreſſis verbis non ſunt abrogata, eorum in anterioribus conſtituta & recepta definitio, ſi aliàs deſuetudine non ſit inumbrata, adhuc plenum habet vigorem. Evidentiſſimè demonſtrat autoritatem Juris Romani in Cauſarum qualiumcunq;, quæ in Camerali Judicio agitantur, cognitionibus *caput. ult. part. III. Ord. Cam.* Wir ſetzen/ ordnen und wollen/ daß in allen und jeden fällen/ die hie oben nicht ſonderlich und außtrücklich in dieſer Ordnung deß gerichtlichen proceſs haben verſehen/ das gemeine Recht ſtatt haben/ und vermög deßelben gehandelt und procedirt werden ſoll.

Proceſſus judicij Reviſorii.

XIX. In judicio Reviſorio Conſiliarijs, Reviſoribus, Syndicatoribus ſimilis juramenti forma, quæ Dnn. Cameralibus propoſita, conſtituitur *Part. III. Ord. Cam. cap. penult. §. 9.* verba ita ſonant: zu dem die Vrſachen/ darauß die erſte Vrtheil geſprochen/ von den Vrtheilern anhören/ und auff ſolches alles/ nach deß Reichs gemeinen Rechten und jhrem beſten verſtändnüß/ nicht auß eigen geſuchten/ ſondern auß dem Rechten informirten gewiſſen gleich richten und Vrtheilen &c: *cap. LI. d. Ord. Part. III.* conſtitutum erat. Ob aber einige Partheÿ ſich durch die Vrtheil deß Käÿſerl. CammerGerichts beſchwert zu ſeÿn vermeint/ dem ſoll gegen CammerRichter und Beÿſitzern den weg der gemeinen Recht/ und hernach geſetzter Ordnung von der Reviſion und Syndicat, fürzunehmen zugelaſſen und vorbehalten ſeÿn.

De Auſtregis.

XX. Auſtregæ in Imperio Germ. ſunt ſingularia judicia perſonarum illuſtrium, & nobilium Imperij immediatorum tum inter ipſos, tum cum ſubditis cuique ſuis, *Part. II. Ord. Cam. Cap. IV. §. fin* Sonderliche gewillkürte Rechtliche Außträg/ fortè in hunc finem introducta, ut controverſiæ illuſtres

citius

citius poſſent componi; cum in alijs judicijs, aut turbulentis temporibus omnino ceſſantibus nulla, aut, ob controverſiarum componendarum multitudinem, moroſior litis finiendæ ratio. Conf. quæ *Limnæus Tom. V. Iur. publ. addit. ad lib. IX. c. V. p. 439. ex Dn. Conringii De Judiciis Reip. Germ. Diſſertatione* exſcribit. De alio quodam ſingulari jure & privilegio Principibus Germaniæ competenti, quod appellatur Judicium principum, daß Fürſtenrecht/ *vide Excell. Dn. Schottel. de Singular. quibusd. & antiq. in Germ. Iur. cap. V.* Vt autem communia judicia ad plurimas, ita Auſtregæ tantùm ad unam litem aut paucas ordinantur, quæ ſine interpellatione uno tenore cognoſci & componi debent. οὕτω ἂν ἀποτελοῖτο κάλλιστα τῶν ὀργάνων ἕκαστον, μὴ πολλοῖς ἔργοις, ἀλλ' ἑνὶ δουλεῦον. *Ariſt. I. Polit. c. I. Sic fortaßis unumquodque inſtrumentum præclariſſime ſuum exequetur munus, ſi non variis operibus, ſed uni duntaxat, accommodetur.* Romani quoque Prætores ſingulis cauſis ad ipſorum jurisdictionem pertinentibus dabant judices, *Ravard. Protrib. cap. XI. Fr. Pollet. Hiſt. For. Rom. lib. III. c. 1. & 12.* Et privati habent poteſtatem compromittendi in arbitros, compendioſam litis finiendæ viam ingreſſuros.

XXI. Ceterum quæ in judicijs Auſtregarum obſervari præſcripta ſit judicandi norma, ex *Part. II. Ord. Cam. cap. 2. n. 2.* diſcimus: Vnd ſoll derſelbig Kayſerl. erkohrn Commiſſarius fürterlich einen ReichsTag ſetzen/ in eine ſeiner Städt ungefährlich/ und mit ſambt ſeinen unpartheyiſchen Räthen die Sach zu Recht verhören/ und wie ſich in Recht gebühren wird entſcheiden. Ius autem cum nominatur, & in ſpecie non exprimitur quale debeat intelligi, intelligimus illud quod legibus, conſtitutionibus & moribus proditum eſt. *Mindanus de Proceſſ. lib. I. c. XVI. n. 2.* jam citata verba ita vertit: *Coramque Conſiliariis ſuis neutri parti ſuſpectis ſolito juris proceſſu at-*

Proceſſus in Auſtregis conf. §. 25. h. c.

 ſu at-

ſu atque examine cauſam diſcutiendam finiendamque curabit. Nec verò, ſi largiremur Auſtregis proceſſum privilegiatum & ſummarium, cujus tamen contrarium experientiâ manifeſtum; propterea exiſtimandum in iis plane recedere permiſſum à naturali legibusque ſcriptis & non-ſcriptis declarato judiciorum tractandorum ordine; cujus terminos & intervalla in ordinarijs judicijs partim ex plurium ſimul tractandarum controverſiarum multitudine, partim ex difficultate probationum emergens neceſſitas amplioribus ſpatiis diſterminat. Terminos intelligo, & prorogationes terminorum, v. c. ad comparendum, excipiendum, litem conteſtandam, probandum, concludendum, irrotulandum, audiendam ſententiam &c. Vbi autem totos dies in unius causæ cognitionem incumbitur, & nihil eorum deeſt quibus cauſa inſtrui poteſt, breviori curriculo ad definitivam pervenitur.

De proceſsûs ſummàrii cum ordinario convenientiâ; & diſcrimine utriusque. add. paulo poſt §. 24.

XXII. Cujuslibet ſive deliberativæ, ſive demonſtrativæ, ſ. judicialis orationis duæ partes neceſſariæ ſunt, πρόθεσις καὶ πίστις, *Propoſitio & Confirmatio:* ἀναγκαῖον γὰρ τό τε πρᾶγμα εἰπεῖν περὶ οὗ, καὶ τότ᾽ ἀποδεῖξαι. *Ariſt. III. Rhet. c. XIII. n. 1. 8. Etenim neceſſe eſt, & rem dicere de qua agitur, & eam demonſtrare.* ἀποδεικνύναι δὲ χρὴ, ἐπεὶ περὶ τεττάρων ἡ ἀμφισβήτησις, περὶ τοῦ ἀμφισβητουμένου φέροντα τὴν ἀπόδειξιν. οἷον εἰ ὅτι οὐ γέγονεν, ἀμφισβητεῖ, ἐν τῇ κρίσει δεῖ τούτου μάλιστα τὴν ἀπόδειξιν φέρειν. εἰ δ᾽ ὅτι οὐκ ἔβλαψε, τούτου. ἢ ὅτι οὐ τοσόνδε, ἢ ὅτι δικαίως. ὡσαύτως καὶ εἰ περὶ τοῦ γενέσθαι τοῦτο ἡ ἀμφισβήτησις. *d. lib. c. 17. Et quoniam quadripartitò quaſtiones diſtributa ſunt, ea demonſtrare & concludere oportet, de quibus cum adverſario controverſia eſt,* (& quorum probatio intentioni aliquod præbet adminiculum. *l. 21. C. de probat.*) *ut, ſi* 1 *de facto dubitatur, hoc in judicio maxime erit argumentis confirmandum; quod ſi* 2 *te non læſiſſe dicas, hoc probare debes; aut ſi* 3 *dicas, non eſſe tam magnum, aut* 4

juſte

juſte factum; non enim hæc aliter confirmanda ſunt, quam ſi ſu-erit de facto controverſia. Vbi jus quoque eſt ambiguum, propter abrogationes, obrogationes, derogationes, ſubrogationes, vid. *Ræward. ad Leg. XII. Tab. cap. I.* & in hujus veritate inveniendâ laboratur. Ceterùm propoſitioni & confirmationi, quibus omnis oratio fidem habitura conſtare debet, Proöemium & in orationibus judicialibus præmittitur; οἷον ὁδοποίησις τῷ διϊόντι. *tanquam viæ munitio iter facienti,* ut eleg. *Philoſ. III. Rhet. c. XIV. n. 1.* ſc. ut conſtet, an ad judicem competentem eatur; cui ſubjungitur petitio & cauſa petendi. Caſus in quibus valet libellus ſine concluſione, collegit *Oldend. tr. de form. lib.*

XXIII. His ſane, quæ diximus, præmiſſis controverſiæ deciſionem expedire nullo negotio poteſt ὁ δυνάμενος δικάζειν, *qui judiciariâ inſtructus eſt prudentiâ.* ὁ νόμος ὑπόθεσις ἐν τοῖς δικανικοῖς. ἔχοντα δὲ ἀρχὴν, ῥᾷον εὑρεῖν ἀπόδειξιν, *Lex eſt fundamentum in judicialibus; habenti verò principium demonſtrationem invenire in promptu eſt. III. Rhet. c. XVII. n. 15.* Sc. *præſuppoſitâ facti cognitione,* (cujus tamen interpretatio plerumq; etiam prudentiſſimos fallit, *l. 2. ff. de juris & facti ignor.* factiq; veritas ſæpe numerò non niſi longo tempore manifeſta reddi poteſt, improbitate mortalium nova identidem actibus ſuis, qui in lucem protrahi fugiunt, integumenta obducente, quorum fraudem ſolus cordium ſcrutator momento poteſt aperire) *ubi vis ac poteſtas legis ad factum pertinentis perſpecta eſt, concluſio quæ controverſiæ definitionem contineat ex præmiſſis deduci facilè poteſt.* Ariſtot. quidem dictum locum intelligit de ſyllogiſmis ac demonſtrationibus quas profert accuſator, aut defenſor. Nihil autem intereſt, quo minus & ad judicis officium eundem accommodemus: *Judex* enim partium propoſitionibus & propoſitionum demonſtrationibus informatus, *architectonicas pronunciat demonſtrationes,*

tiones, aut potius concluſiones demonſtrationum, quæ tranſeundo in rem judicatam veritatis robur accipiunt *ἀμετάπτωτον*, i. e. *ſupra omnem mutationis aleam poſitum. Conf. Grot. Sp. Flor. ad J. J. tit ff. & C. de Re Jud.*

XXIV. In extraordinarijs igitur & privilegiatis proceſſibus ſolennes termini ad reſpondendum, probandum, concludendum, &c: tantùm omittuntur, aut quantum licet contrahuntur, ſalvis ijs *quæ naturalia & æterna ſunt in omni cauſarum cognitione & compoſitione.* Opus eſt ante omnia, ut *judex competens* adeatur; qualis etiam eſt qui ex conventione partium ſuſcipit judicandi provinciam, *l. 13. §. 2. ff. de recept. qui.* Etiam *Actio* ſ. jus perſequendi in judicio quod ſibi debetur acturo debet eſſe præſto; qn. *nemo ſine actione experitur*: & judici *proponi* ac *narrari* debet factum ex quo fluit actio; Et actor tenetur *probare* fundamentum ſuæ intentionis, & reus *reſpondere*; qui ſi *excipiendo aſſerit aliquid, debet hujusmodi exceptionem velut intentionem implere*, i. e. demonſtrare, *l 19. pr. ff. de prob.* Et ut in *contradictoriis* verſentur actor & reus, neceſſe eſt. ἔστω τοῦτο ἀντίφασις, κατάφασις καὶ ἀπόφασις αἱ ἀντικειμέναι. *Ariſt.* περὶ ἑρμ. cap. VI. *hoc eſto contradictio, affirmatio & negatio oppoſita.* vel, ut *I. Poſt. c. 2. t. 13.* ἀντίφασις δ᾽, ἀντίθεσις, ἧς οὐκ ἔστι μεταξὺ καθ᾽ αὑτήν. *Contradictio eſt oppoſitio medio carens per ſe. Partium contradictionis ea quæ ſignificat aliquid de aliquo, eſt affirmatio: quæ aliquid ab aliquo, negatio.* Etenim per rerum naturam fieri nequit ut inter duos vera ſit controverſia qui ſibi invicem non contradicunt: & ubi non eſt controverſia forenſis, ibi nulla judicis adeundi neceſſitas. Conſtitutâ autem coram judice controverſiâ, judicium incipit. Quod in Iure Rom. fieri dicitur *litis conteſtatione*, per quam *judicium committitur*, ut eleg. *Cic. pro Roſc. Amer.* not. *Calvin. in Lex. Hæc à Statu Rhetorum omnino non differt: conſtat litem*

conte-

conteſtari eſſe judicium accipere & conſtituere, verba ſunt *Fr. Pol. leti Hiſt. For. Rom. lib. IV. c. IIX.* De Statu *Cic. in Top.* Refutatio autem accuſationis, in qua eſt depulſio criminis, quoniam Græcè *στάσις* dicitur, Latinè appelletur *Status: in quo primùm inſiſtit quaſi ad pugnandum congreſſa defenſio.* Pugnæ igitur judicialis coram adito judice depugnandæ principium eſt litis conteſtatio: cuius vis, *ait Oldend. tr. de form. lib. cap. de Acceſſor. libellor. n. 1.* in eo eſt, *quod litigatores invicem teſtentur judicium ſeſe ſubituros, quod non niſi petendo & negando fieri poteſt. v. Pollet. l. V. c. V. in fin.* Vnde eleganter *Dn. Strauch. Diſſert. ad Ius Iuſtin. XXV. aphor. 1, Litis conteſtatio*, ait, *eſt conſtitutio Statûs cauſæ, quæ fit Actoris prolatâ intentione & ſecutâ Rei contradictione.* Sc. per quam fit & ab hujus parte *judicii acceptio. l. 31. ff. de Reb. cred.* Sunt controverſiæ judiciales quadruplices, ut paulo ante dictum. 1 factum, non factum. 2 læſionem ſubeſſe, non ſubeſſe. 3 tantam eſſe læſionem, non eſſe tantam. 4 non injuſtam eſſe læſionem, injuſtam eſſe.

XXV. Cognitis autem cauſæ meritis; quod factum intelligitur quando utraque pars intentionis ſuæ probationes deduxit, (Quod ſi utraque aut alterutra neceſſarias probationes præſtare nequit, abſolvitur quæ innocens viſa) ſententia ferenda eſt; quæ ſi intra legitima tempora ab utraque parte non fuerit impugnata, moribus judiciorum ratione utriusque; ſin ab alterâ parte non fuerit impugnata, ratione hujus tranſit in rem judicatam, cui poſtea ſtandum. Et ultimus juſtitiæ correctoriæ (*τοῦ διορθωτικοῦ δικαίου*) actus eſt executio rei judicatæ, nervus ille qui juſtas querelas in judicio motas ad tranquillitatem reducit, & in quem injuſtæ querelæ, quibus altera pars gravata fuit, erumpunt. Præclarè *Ariſt. VI. Polit. c. VIII.* *οὐδὲν ὄφελος γίνεσθαι μὲν δίκας περὶ τῶν δικαίων, ταύτας δὲ μὴ λαμβάνειν τέλος.* *Prorſus inutile*

eſt, cognoſci quidem & judicari controverſias, ſi res judicata executioni non mandetur.

XXVI. Omnium qui ad cauſarum cognitionem & compoſitionem naturali ratione neceſſarij ſunt actuum termini, quantum fieri poteſt, conſtringuntur in proceſſibus extraordinariis; ut, quamprimum cauſa cognita, pronuncietur judicialis ſententia: Id quod & in judiciis ordinariis, ſ. ubi proceſſus ordinarius alias obſervatur, unius, aut paucarum controverſiarum cognitionib⁹ deſervientibus poſſet fieri; & quidem citius quàm in iis ad quæ numeroſa litigantium turba confluit; aut ubi ob aliorum ſimul expediendorum copiam non ſunt perpetui & continui dies cognitionum; niſi vel unica controverſia ob partium malè concordium remoras, quas qui juris rigorem fugit nectere ſolet, in plures interdum annos protraheretur.

XXVII, Inſtantiæ cauſarum in Auſtregis agitandarum præfinitur tempus ſemeſtre, & certo eventu, annuum ſpatium. *Part. II. Ord. Cam. cap. 4. §. 2.* Vnd ſoll ſolch Recht von dem Gerichtstag anzurechnen/ als die Clag ins Gericht bracht wird/ in nachfolgendem halben Jahr zu End kommen. Es begebe ſich dann durch rechtliche Schub und Erkäntnüs ferner erlängerung/ ſo ſoll es doch in Jahr und Tag zu Ende reichen. Sed non dubium, quin hujus inſtantiæ terminum interdum ulterius, quàm lex conſtituit, varietas negotiorum extendat; adeò ut connumerato tempore quo partes in præliminaribus Auſtregarum verſantur, & hæ quæ in Auſtregis componuntur controverſiæ bimeſtri, aut annuo ſpatio terminari nequaquam poſſint. Nec, ſi ulterius dilatâ definitivâ, poſt annum & aliquot menſes demum ſententia feratur, ut in cauſa Heſſen contra Guttenberg/ illa erit nulla: quod concluſum fuiſſe teſtatur *Frider. Mindan. de Proceſſ. lib. I. c. XIX. n. 5.* quia ille terminus in cauſis arduis

non

non poteſt ita ſtricte obſervari: & multæ poſſunt protractionis cauſæ intervenire, puta mors Commiſſarii, difficultas probationum, &c.

XXVIII Vſque adeò læſiones quidem & actus injuſti celeriter procedunt, & ad pravâ mente conceptum perducuntur exitum: Remedia verò his quæſita malis lento plerumque gradu incedunt; quod & in læſionibus quæ corporibus inferuntur deprehendimus: vulnus enim momento infertur, at curatio utplurimùm ſatis moroſa eſt. Eleganter hanc rem *Alciatus, Emblem.* tit: *Remedia in arduo, mala in prono eſſe*, hoc carmine ſignat.

AEthereis poſtquam dejecit ſedibus Aten
Iuppiter: heu vexat quàm mala noxa viros?
Evolat, hæc pedibus celer & pernicibus alis,
Intactumque nihil caſibus eſſe ſinit.
Ergo Litæ, proles Iovis, hanc comitantur euntem,
Sarturæ quicquid fecerit illa mali.
Sed quia ſegnipedes, luſcæ laſſaque ſenectâ,
Nil niſi poſt longo tempore reſtituunt.

XXIX. Numerus quoque ſcripturarum in quibus cauſa principalis tractanda in Auſtregis, *d. l. §. 14.* conſtituitur ſingulis partibus quaternarius. Und in Schrifften/ deren jeder Theil / vier und nicht mehr/ thun/ gehandelt/ und ſolche Schrifften zu vier Wochen nach einander gezweyfacht eingelegt/ *&c*: Sed hîc quoque id quod regulariter obtinere debeat definitur. Valet autem in omnibus, quæ ſunt poſitivi juris, Reſcriptum *D. Antonini*, quod refertur *l. 7. pr ff de in integr. reſtit. & l. 183. ff. de R. I. Etſi nihil facile mutandum eſt ex ſolennibus: tamen ubi evidens æquitas poſcit, ſubveniendum eſt.* Verùm quo minus ultra annum extendatur inſtantia cauſarum in Auſtregis pendentium, cautum eſt *d. Ord. Cam. Part. II. c. IIX. §. 12.* ut ſi intra annum non imponatur

natur finis cauſæ in Auſtregis agitatæ, ea ad Cameram ipſo jure devoluta ſit, ibique in eo ſtatu, in quo exacto anno à judicibus Auſtregarum relicta, reaſſumenda. Sed ut ex d. §. patet, hæc conſtitutio tantùm ad *cauſas ſpoliorum* pertinet, de quibus integrum illud caput IIX. diſponit.

XXX. Inter ceteras verò proceſsûs Auſtregarum ex jure Communi informandi prægnans ratio eſt, quod pronunciatorum aut in Auſtregis neglectorum ἐπίκρισις reſervatur Judicio Camerali, ubi juris Communis citra controverſiam valet autoritas. Niſi igitur Auſtregarum judices proceſſum à ſe formatum in Camerâ reformari velint, eundem ita oportet inſtitui, ut vel in ipſâ Camerâ non poſſit juris præſcripto congruentius ordinari. vid. *Part. II. Ord. Cam. cap. II. §. 2. cap. XVII.* §. *1.* ubi Auſtregæ bis vocantur Ordentliche Rechte/ Ordinaria Judicia, ratione proceſsûs quo conſtant; nam ratione perſonarum, & cauſarum in quarum gratiam inſtitutæ, privilegiata ſunt & ſingularia judicia.

CAPUT IIX.

Oſtenditur receptio publicâ Imperii lege conſtituti Iudiciarii Canonis; & Iudiciorum inter diverſas Reſpubl. tractandorum ratio.

I. Verùm hactenus à nobis propoſita hoc maxime declarant, Judicio Camerali, quodque huic æqualem obtinet Jurisdictionem, Iudicio Aulico Cæſareo; item Iudicio Reviſorio, & Auſtregarum conſeſſibus præſcriptam eſſe in cauſis cognoſcendis & judicandis inter alia & Romani juris formulam: An vero eadem moribus utentium recepta ſit; (habet autem quælibet Majeſtas jus ac poteſtatē vel compellendi ſubditos ſuos ad receptionem eorum quæ ipſa legum vigorem habere vult.) quæ *receptio demū eſt vinculum quo conſcientiæ obſtringuntur ad obſequium legi præſtandum*, ut ex *Sanderſonio Doctore Anglicano* refert *Dn. Göetz. Digreſſ. de L. mſſ. c. X. n. 9.*

n. 9. congruenter doctrinæ Peripateticæ, *II. Polit. VI. in fine* : ὁ νόμος ἰσχὺν ὐδεμίαν ἔχει πρὸς τὸ πείθεσθαι πλὴν παρὰ τὸ ἔθος· *ut legibus pareatur, tota vis in conſuetudine poſita*; hæc, inquam, acceptatio & receptio legum demonſtranda eſt ex ijs quæ præſenti & proximè elapſo ſeculo in ſupra dictis judicijs acta, & actitata, & pronunciata, & in rem judicatam tranſiiſſe deprehendimus. Iuris interpretes, cum non ignorent quanta vis in receptione legum poſita ſit, identidem in Reſponſis & Commentariis teſtantur de *viridi obſervantiâ*: & jam pluribus abhinc ſeculis Romanis ICtis frequens eſt formula: *Hoc jure utimur.*

II. Nunc igitur perluſtrandæ forent & Sententiæ, & Obſervationes, & Relationes Camerales, item Deductiones Jurium, & *Manifeſta loco Informationū Iuris & facti, &c.* quibus illuſtrium, tùm in Aulico Cæſaris, & Camerali, tùm in Reviſorio judicio, tùm in Auſtregis agitatarum controverſiarum fundamenta & merita demonſtrantur.

III. In medio ſunt *Deciſiones Mynſingeri* & *Gailij*; de quibus tamen *Cothman. Vol. I. Conſ. XIII. n. 129.* quod *Dn. Camerales non ſecundum eas, ſed ex ipſis legum fontibus cauſas decidant.* Sed quando illi cauſarum publicarum in Camerâ ex fontibus Romani quoque juris deciſarum faciunt mentionem, id quod oſtendere mihi jam propoſitum, abundè probant. Præ ceteris verò arduarum publicarum controverſiarum deciſiones continent duo libri *Gailii de P. P.* Pignorationis conſtitutio, de qua integro libello *Gailius*, ad *Interdictum uti poſſidetis* pertinet, *Obſ. XX. d. l.* & tantùm inter Principes locum habet, reliquosque Status Imperij, & Nobiles Immediatè Imperio ſubjectos. *Obſ. I. n. 2. d. l.* Inque cauſis pignorationum *Poſſeſſorium Retinendæ* plenè diſcutitur ac definitur, *Obſ. XXIII. d. l.* Exiſtunt verò pignorationes, referente *Mindan. de Proceſſib. lib. I. c. XXXIV.* ob

uſurpationem juris alicujus, puta, ſalvi conductûs, metatorum, piſcandi, venandi, aucupandi, lignandi, paſcendi, collectandi, &c. quorum pleraque moribus Germaniæ ad Jus publicum referuntur, & Superioritati territoriali inſunt. vid. *Supr. cap. VI. num. 46. in fine, alleg. Knipſchildt. c. X. n. 100.*

IV. *Gilmanni Symphoremata* Supplicationum & Deciſionum Cameralium intentionem meam abundè confirmant: quarum etſi in uno fides vacillat, oſtendente *Goldaſto*, verba ejus vid. ap. *Dn. Conr. de O. I. G. c. 34.* pleræque ſaltim pro ſe militantem habent veritatis præſumtionem. Supplicationes, Proceſſus, Deciſiones, Præjudicia, Obſervationes Cam. &c. apud Tilemannum de Benignis, Meiſchnerum, Oſtermannum, Sim. Guntherum, Meurerum, Melandrum, Scipionem, Magenhorſt., Roſacorb., Reichwinum, Rodingium, Klockium, Blumium, idem abundantiſſimè teſtantur.

V. Vlterius tamen provoco ad Illuſtrium perſonarum autoritate & juſſu publicæ luci emiſſas *Deductiones* ſuorum *jurium* in controverſiis publicis; inter quas eminet *Faſciculus Deductionum*, examinum, relationis totius proceſsûs & actorum in Camerâ, celebratiſſimæ quondam *Controverſiæ Hildeſienſis*, jam compoſitæ. Ibi vero criteria veritatis ac juſtitiæ tám ex fontibus, quàm interpretibus utriusque Iuris arceſſita, utramque implent paginam; quæ ſi quis per errorem aut ignorantiam principiorum, ex quibus ejuſmodi controverſiæ ventilandæ, uſurpata contenderit, is per notiſſimas Imperii conſtitutiones, & ſupremorum per Germ. judiciorum praxin facile redarguitur.

VI. Quænam proximè elapſis annis controverſias quaſcunque in Camerale judicium deducendi ratio fuerit, & quæ principia ſyllogiſmorum judicialium, (libellus enim per quem actio editur, teſte *Oldend. de form. lib. tit. quid ſit*

libel.

libel. nihil aliud eſt quam ſyllogiſmus.) diſcimus ex *Supplicationum Cameralium à Reichvvino & aliis præalleg.* noviſſimè *Dn. Blumio* editarum Syntagmatibus. *Principium verò ubiq; videtur eſſe plus, quàm dimidium totius.* δοκεῖ πλεῖον ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς εἶναι ἡ ἀρχή. 2. *Nicom. VII. in fin. Edita actio,* ait *l. 3. C.* de Edendo, *ſpeciem futuræ litis demonſtrat*: Species autem futuræ litis in exceptionum, probationum, aliorumque judicialium actuum ordine & modo cernitur; qui ex inſtitutâ actione & conſtitutâ controverſiâ, tanquam principio ſuo, fluit; quod hujusmodi conſequentia neceſſariò poſt ſe trahit, neceſſitate non quidem undiquaque à naturâ, ſed naturæ congruenter conſtitutâ, ut eſſet certus litium terminandarum ordo; quem ex literis & receptis moribus, quàm incertâ hominum voluntate metiri, minus periculoſum. ὁ γὰρ ἀσφαλὴς ὁ κανὼν, ἀνθρώπων βούλησις. 11. *Polit. IIX. Intutus enim canon eſt, voluntas hominum.*

VII. In ipſa Sacratiſſimi Imperatoris Aulâ, imo in Univerſalibus Imp. Comitijs agitatæ publicæ cauſæ exemplum habemus apud *Londorp. Supplet. & continuat. p. IV. lib. II. titulo* Mecklenburgiſcher Teſtamentſtreit/ in puncto tutelæ & adminiſtrationis, item educationis principis pupilli; de quâ causâ ipſum eminentiſſimum Electorale Collegium in *Interceſſionalibus* ad S. Cæſ. Majeſtatem (*d. l. lit. Q. p. 526.*) fatetur, quod ad *Statum publicum* pertineat. Verba ſunt ſeqq. Welches alles/ Sintemahl Wir bey vorgangener deliberation dieſer ſchwerwichtigen Sachen befinden/ das ſie den Statum publicum concerniren, &c. Quod tamen negat Autor *Informationis* wieder das A. 1640. auff den Reichstag übergebene *Memorial*, §. *88. p. 756.* Sed vide quid A. *Refutationis prædictæ informationis*, quæ incipit p. 627. regerat, §. 23. ubi propoſitam adverſarij ſententiam inter paradoxa numerat. Inter alia ita loquitur; Ob zwar jhr. Käyſ. Mayſt. und das Hochlöb-

liche

liche Chur-Fürſtl. Collegium dieſe Sache für eine ſchwerwichtige Sache/ und das ſie in den Statum publicum mit ein lauffen und denſelben concerniren thue/ gehalten/ —— er dennoch demſelben in faciem zu contradiciren/ und ſothanes Ihr hiervon gefälletes judicium und gerechtiſte reſolution, und veranlaſſung zu Syndiciren/ —— ſich unterwunden/ und kein bedencken getragen. Adde quæ ſupra *cap. VII. n 3.* diximus. Ceterùm in præſenti causâ una pars oſtendit, ſe vacantem quaſi poſſeſſionem tutelæ, & ditionum pupillarium adminiſtrationis ſibi delatæ, legitimo modo apprehendiſſe. *Refutat. Recapitulat. n. 11. p. 456.* Hæc apprehenſio approbatur in *Reſcripto S. Cæſ. Maj. N. I. pag. 599 N. VI. p. 601.* Adverſa pars in Aula Cæſ. obtinet *decretum*, tam *immiſſoriale* in poſſeſſionem tutelæ & adminiſtrationis, quam *avocatoriale* ejusdem quaſi poſſeſſionis tutelæ ejusque adminiſtrationis à priore poſſeſſore, qui ad *petitorium* remittitur. (extat ſententia *d. l. XII. p. 605.* adde *ſeq. XIII. XIV. & ſeqq.*) Hic verò *ponit*: 1. approbatam à Divo Anteceſſore S. Cæſ. Maj. apprehenſionem quaſi poſſ. tut. & adminiſtrat. *id quod ex pag. 599. N. 1. & ex Interceſſionalibus Collegii Electoralis ad S. Cæſ. Maj. pag. 528. patet.* adde *ibid. p. 532. lit. T.* Belehrung der Löbl. *Juriſten Facult.* zu Greiffswald. 2. *ponit*, adverſam partem ſub- et obreptitiè impetratam ſententiam propriâ autoritate exequi auſam. 3. *petit*, eam propterea omni negotio, de quo jurgare coeperant, privari, vel minimum juberi abſtinere ab ulterioribus attentatis; ſeque in apprehensâ & approbatâ poſſeſſione, usque ad plenam cauſæ cognitionem, manuteneri. (*Lit. M. 2. p. 523.*) Poſtea tamen inhæret petitioni anno 1641. 3. Martij oblatæ, *quæ Num. XXVII. p. 434. extat*, adde *ſeqq. N. XXIIX. Refutat. Recapitul. in fine*: & petit adverſam partem ex *L. Meminerint. 6. & L. Si quis in tantam. 7. C. unde vi. & l. 5. C. de*

Iuriſd.

Iurid. omn. jud. condemnari, ſeque ab omni ulteriore impetitione abſolvi. *N. XXX. p. 660. §. 80. 81.* Inprimis autem *d. l. N. XXX. §. 48.* urgentur *l. poſſeſſiones 2. l. Actor 23. C. de probat. l. 4. C. de Edendo. l. fruſtra C de prob. §. retinendæ I. de Interd.* & appellantur alte/ in der Vernunfft und aller Völcker Recht fundirte Rechts Reguln. *conf. ad N. XXIIX.* Beylagen *Lit. R. p. 529. & p. 530.* ubi dicitur; das eine ſolche hochwichtige Sache ſich in einem confuſen ſummariſchen Supplications proceſs nicht will abhandeln noch erörtern laſſen/ ſolches auch nicht Rechtens oder herkommens &c. Quæ eadem Parte IV. Actor. Publ. lib. I. N. XLX & LXXXIV. coram S. C. Maj. in illuſtri *controverſia Naſſovicâ* acta ſunt; prætereo. Vt & *Acta Palatina*, ibid. lib. II. N. XXVI. Nec non quæ d. l. ſequuntur *Hamburgenſium & Bremenſium controverſias*.

VIII. Majoris omninò momenti eſt, quod & in Suffragiis Statuum Imperij, quæ in Comitiis Imperii Vniverſalibus feruntur, legum Romanarum allegatio non eſt inſolens; nullaque, quod à Pibraco Regis Poloniæ Cancellario factum perhibetur, petitâ veniâ autoritas earum inibi citatur. Fidem faciunt *ACta publica Imperii.* Et quidem apud *Londorp. Parte V. ſ. Continuationis lib. I. in Actis Comitiorum de An. 1641. Seſſione LVII. in Voto* Saltzburg *ſub fin.* legimus: Andere puncte hätten jhre erläuterung auß dem gemeinen Rechten und Reichs conſtitutionibus, &c. *In Voto* Würtenberg *n. 6.* Da hingegen den alten poſſeſſoribus nichts newes/ ſondern allein das/ was Sie zuvor gehabt/ und ſelbigen ohne daß *ex Prætoris Edicto* nicht entzogen werden ſollen/ wieder reſtituiret wird. *In Voto* Heſſen Darmſtadt. Ad. 3. hätte auß gemeinen Rechten ſeine richtigkeit. Ad. 5. Seygnung/ wann der cedens ad reſtitutionem precij verbunden würde. Allegiret *l. Lucius Titius ff. de Evict. Seſſione LIIX. in Voto* Wetterauiſcher Graffen/ *§.* Gleiche meinung &c. Die Jura aber ſo

vor dieſer Zeit nullo belli intuitu auff die Güter kommen/ verblieben billig auff denenſelben nach diſpoſition der Rechte, arg. *l. ſi debitor. 3. & l. ſi deportationis 12. C. de ſententiam paſſis & reſtitutis. In ſeq. Voto* Schwäbiſcher Graffen. Berüffet ſich/ quoad judicata, auff den *Beroum. c. 156. n. 8.* quoad transactiones, *l. ſi quis 41. C. de transact. Seſſione CVII. in Voto Burgundiæ*: Si civitas Argentoratenſis prius ſatisfecerit, poterit & ei poſtea ſatisfieri, & forma illa emendari juxta *l. 4. C. de h. quæ vi metusve c. g. ſ.* ubi non niſi ſolutione facta vi extortum reſtituitur: ne in pernicioſiſſimum exemplum hæc cauſa trahatur. *Seſſ. CXII. In Voto* Schwäbiſcher Graffen: Wiewohl hierbey neben andern ſich dieſe difficultät erzeigen will/ daß einem oder andern Chur-Fürſten und Stande bedencklich fallen/ daß man ſein Vermögen und unvermögen wiſſen ſolle. *Durum quippe & inhumanum eſt*, reſcribit Imp. Theodoſ. *l. 2. C.* quand. & quib. quart. pars &c: *publicatione pompaq; rerum familiarium & paupertatis detegi vilitatem, & invidiæ exponere divitias*: Adeò ut juxta *l. 2. C. de alim. pup. præſt.* nec interventu judicis ſecreta patrimonij ſcrutanda ſint. So ſolviret doch dieſe difficultät die obſervantia priorum temporum, da man auch auffrechtig/ redlich/ Teutſch und vertraulich gehandelt/ ſalutem populi & patriæ allen andern reſpectibus vorgezogen/ und antwortet hierüber *Jac. Menochius lib. 1. Conſ. 9. n. 19. verſ.* Non obſtat ſeptimum &c. *Seſſione CXLIII.* deliberatum fuit de receptione Principis Hohenzollerani in Senatum principum ad Seſſionem & votum. Memoriale des Hohenzolleriſchen Geſandten extat *d. P. V. lib. I. N. CLXV.* in quo proponitur, dubitatum fuiſſe 1. utrum ad dictam receptionem neceſſaria eſſet perſonalis præſentia principis; an verò poſſet hic actus per procuratorem expediri; 2. utrum hic actus introductionis in pleno, præſentibus omnibus Imperij Statibus deberet, an verò in

unico

unico principum Senatu, ceteris Statibus non comparentibus, poſſet fieri? Provocatur autem ad communia Jura, diſponentia; *quod per ſe ipſum feciſſe intelligatur, quod quis per alium facit. c. qui facit. de Reg. Jur. in Sex. l. Quod juſſu. ff. de Reg. Jur. l. 1. §. Sed neque C. de V. J. En. l. Ea quæ. 53. ff. de acq. rer. dom. &c.* In hac Scripturâ nihil omninò deſideratum fuit ab eminentiſſimo Imperij procerum Conſeſſu, ſed potius, cum rationes abſentiæ prægnantes viſæ fuerint, conclusum, dictum Principem ad Seſſionem & Votum per procuratorem admittendum. *Domûs Auſtriacæ & Bavaricæ* ſuffragio ſequentes ferè ſubſcribunt. In ſpecie verò monet *Culmbacenſis* legatus, das es nicht nötig/ daß ein Fürſt müſte in perſon vorhanden ſeyn/ ſondern dieſer actus vielmehr per ſubſtitutum geſchehen könne/ dann ſo ein Fürſt in perſon darbey wehre/ müſte er bey ſolcher introduction, und zum erſten mahl/ unter alle Fürſtliche Geſandte ſitzen/ welches ſie nicht gerne thun würden. Hinc autem ex identitate rationis ſequi videtur, neceſſariam eſſe perſonalem præſentiam principis in Collegium principum primùm introducendi, in caſu perſonalis præſentiæ cæterorum; alioqui nec hi, ſi introducendus non habiturus eſſet locum poſtremum, miniſtrum, quantumvis Dominum repræſentantem, ſupra ſeſe collocari æquo animo contuerentur. Sed Culmbacenſe votum rectè excipit Eichſtadt dicta ſeſſione, h. m. Dahero es Ihro Fürſtl. Gnaden von Zollern freyſtehen würde/ entweder in perſon, oder durch einen Gewalttrager ſich introduciren zu laſſen/ zu mahlen/ wie Culmbach auch angeregt/ bey dem erſten actu introductionis die frage entſtehen möchte/ ob Sie dabey in perſon der anweſenden Pottſchafften und Geſandten allen vor-oder nachgehen ſolten? geſtalten dann ſonſten Graff Carl zu Arnberg/ wie auß dem Reichsabſcheid deſſelbigen (1576) Jahrs zu ſehen/ damahls in perſon allen Geſandten

vorgeſezt worden. Derohalben dann/ weiln ohn daß die gemeine Rechts regul: *quod quisque per alium &c*: für den Fürſten von Zollern militirte/ und ſelbiger auch erhebliche entſchuldigung der nicht erſcheinung halb angeführet/ ſich mit Oſterreich und Bayern conformirten. *Seſſione CL. in Voto* Schwäbiſcher Graffen memoratur; wie dan dergleichen anmaſſung nicht allein wieder die gemeine Käyſ. Rechte/ altes herkommen/ und obſervantz, außlaufft/ —— ibid. §. wie nun &c: alſo kan in ſimili, auch ein Graff oder Herr in den Fürſtl. Standt mit allen prærogativen, und ohne einige reſtriction, die in hoc caſu einer *Servitut de altius non tollendo* gleich ſcheinen will/ gelangen. Hæc ſaltem ex unius Imperialis diætæ Conſultationibus nonnullis collecta evidenter demonſtrant, In Imperio Germ. ut *judicandi*, quod ex Ordinationibus & praxi Iudiciorum patet, ita & *conſultandi principia*, quandoque ex Legibus Romanis derivari. Quippe & alias veritatem decet amplecti, ſive ea Grajo, ſive Romano, ſive Teutonico ore enuncietur. In judicialibus verò autoritatem habent, non tàm ratiocinationes αὐτογνώμονες, (eigenſinnige Meinungen/ ait Conſtitutio Imperialis ſupra *c. 7. n. 13.* citata,) utut inſigni veritatis ſpecie blandiantur, quàm legum receptarum oracula, ὁ νόμ@ ἀρχὴ τῶν ἀποδείξεων ἐν τοῖς δικανικοῖς. *Ar. III. Rhet. XVII. 15.* Forenſium diſputationum principia ex legibus petuntur, Magnificè *Tullius I. de Orat: Sive quem iſta præpotens & glorioſa Philoſophia*(Juris prudentiam intelligit) *delectat; dicam audacius, hoſce habet fontes omnium diſputationum ſuarum, qui* JVRE CIVILI ET LEGIBVS *continentur.*

IX. In puncto *Reviſionis* præſcriptam procedendi normam uſu receptam eſſe, inter alia diſcimus ex *Deductione tàm Nullitatis quàm iniquitatis gravaminum in causâ Oſtfriſ. contra* Lichtenſtein / quæ anno currentis ſeculi LIII. in folio, publicam lucem aſpexit. Vbi etiam in illuſtri illâ

contro-

controverſiâ fundatur exceptio quædam ſuper *l. Ex qua perſona. 149. ff. de Reg. Iur.* Quæſtio autem eſt, utrum liberi teneantur ratihabere facta parentum quorum hæreditatem agnoſcunt? Diſputatur etiam de læſione enormiſſimâ, ex *l. 2. C. de reſc. vend.* quam & in transactionibus & renunciationibus locum habere uſu receptum. Porrò deducitur ibidem, partem adverſam ad evictionem teneri *de jure communi*; utpote quæ in omnibus cauſis, negotiis, contractibus oneroſis locum habet. Cum verò bona quæſtionis in memoratâ controverſiâ fuerint arx ſ. caſtrum, ſambt darzu gehörenden Landen/ Recht und Herrligkeiten; vel hinc patet, quæ latifundia, & qualia jura privatarum legum decempedâ menſurentur.

X. In *Auſtregarum Iudicio* uſitati Proceſsûs veſtigia habemus in monumentis quibus arduæ in Illuſtriſſimâ Domo Haſſiacâ controverſiæ agitantur. Extat *Brevis Informatio loco Manifeſti*, continens facti narrationem à Lineâ Caſſellanâ propoſitam; *edita Anno 1646.* Hujus pag 4 hæc verba legimus: *Et ideo ad judicium Auſtregarum in modo dictis pactis comprehenſum provocavit; Dn. N. conſenſit: ab utraque parte certæ perſonæ electæ, & debito modo præſtitis juramentis, legitimata ſunt; Quâ in causâ, cum tentata amicabilis compoſitio locum non inveniret, tandem eò res rediit, ut quæque litigans pars juxta petita, ex* l. fin. C. de Edict. D. Hadr. tollend. *in portionem teſtamento ſibi relictam immitteretur, & ſuum cuique poſtea per ſententiam aſſignaretur.* Ipſam ſententiam exhibet *Autor* des warhafften und beſtändigen Gegenberichts auff die alſo genandte Kurtze und Summariſche erzehlung/ &c. *Edit. an. 1645, in appendice Documentor. Num. 4. p. 79. Tit.* Der Niedergeſetzten Vrtheil *in puncto immiſſionis. &c:* verba inter alia ita ſonant, *p. 80.* und iſt ſonſten auff vorbracht Teſtament ex cap. inſtitutionis die geſuchte immiſſion erkant, &c. ibid. *Num. 3. p. 77.*

p. 77. extat Der Niedergeſetzten Vrtheil *in puncto diviſionis &c*: Hæc ſane & alia Documenta publicæ luci expoſita (cujus generis plura allegat *Magnif. Dn. Præſ. Diſp. de Teſtam. Princ. vel Com.*) clarisſimè demonſtrant, & arduas publicas controverſias, & privatas lites per Germaniam, identidem ex ijsdem in judicijs legibus examinari, & ſimilibus terminari ſententijs. Adeò ut, quotquot Reipubl. Germanicæ in partibus ejus ſibi credendis gubernandæ prudentiam affectant, ex his posſint intelligere, varietatem doctrinæ, hiſtoriarum omnis generis peritiam, absque his *forenſibus nervis*, ut *Cic. III. de Orat.* loquitur, quibus ex juris civilis Rom. exactâ cognitione intellectus inſtruitur, & reliqua ſcientia veluti armatur, ac in quolibet judicio valiturum robur induit, non eſſe parem ei cui ſeſe præparant muneri olim debitè obeundo.

XI. Quod ſi Imperio Germanico ejusve Statibus cum exteris Regibus aut Rebuspp. intercedant controverſiæ, quas partes malint jure & legibus, quàm cruento Martis arbitrio terminari; harum quidem cognitio ac compoſitio non poterit inſtitui ex præſcripto legum Germanicarum aut Romanarum, quâ talium; niſi pars adverſa in eas conſenſerit; quarum jam antea, ſi non autoritatis nutum, attamen æquitatis rationem agnoſcit & æſtimat. *Polonia* forſan hîc prætulerit jus Saxonicum, in quod antiquo affectu propendet; vid. *Magnif. Dn. Conring. de O. I. G. cap. 31 p. 194. Magna Britannia* forſan æſtimaverit Ius Rom. In Schottland/ ait *Meteran. lib. 13. in Hiſtor. An. 1587. p. 691.* gebrauchen ſie die Civil oder Keyſerl. Rechte/ aber in Engelandt nicht/ außgenommen in Gericht der Admiralitet, da die Sachen die auff der See/ oder auſſerhalb Engeland geſchehen/ gehandelt werden. Hoc quoque fatetur ipſe Senatûs rerum maritimarum in Angliâ Iudex gravisſimus *Ricb. Zoucheus,*

Iuris

Iuris & Iudicii fecialis Part. II. ſ. de Iudicio inter Gentes, Sect. II. q. 5. his verbis: *Cauſa militares in Curiâ Coneſtabilis, & Maritima in Curiâ Admiralli, quibus jus commune regni non ſufficit, ſecundum leges Civiles Romanas terminantur.* Idem fortasſis fecerit *Suecia* & in ijs ubi non agnoſcit communia Imperij judicia. Vide celeberrimi *Loccenii* Prolegom. in *Synopſ. Iuris Svet.* ubi allegat verba nobilisſimi viri *Andr. Gyldenkloo.* Eandem mentem *Danorum* & *Batavorum*, *Italiaque principum ac Rerumpubl.* Germaniæ majeſtatem jam non niſi parem agnoſcentium futuram, vero per eſt ſimile. Quod autem Jus pluribus æquum videtur, ejus à ceteris improbandi vix apparet ratio.

XII. Si quis eſt naturalis perpetuusque controverſias judiciales cognoſcendi canon, is profecto idem fuerit, ſi fundamenta intuemur, & apud Romanos, & Germanos, & Græcos, & Perſas; *ſicut ignis & hîc, & apud Perſas urit. Ariſt. V. Nicom. VII. 5.* Licet *juris naturalis*, & quod forenſium negotiorum ordinem continet, *capita*, eorumque obſervatio, & ipſa obſervationis ſive præcepta, ſive permisſiones, *apud Gentes non ſatis ſecundum Naturam inſtituta habentes, aliter atque aliter agnoſci mutarique videntur:* Nihilo ſecius ipſum *αὐτοδίκαιον*, ſ. quod per ſe atque ex ſui naturâ juſtum eſt, ex Numinis præſcripto perpetuò manet ſibi ſimile. Ita ferè *Io. Seldenus de Iur. N. & G. juxta Diſciplin. Ebr. lib. I. c. 8.*

XIII. Quod autem plurimæ gentes non ſatis ſecundùm naturam inſtituta, ut *Seldenus* ait, habuêre, ipſæmet ſuæ acceptum referant ignaviæ, neceſſe eſt; dum in veri juris, germanæque juſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem inquirere neglexerunt, umbrâ & imaginibus contentæ. Vti omnium artium ac ſcientiarum, ita & judiciariæ prudentiæ principia primùm ſunt inventa: qui hæc invenerunt,

runt, parùm admodùm ſunt progreſſi; quippe principium *ἐςω κράτιςον τῇ δυνάμει, τοσύτῳ μικρότατον ὂν τῷ μεγέθει, χαλεπώτατόν ἐστιν ὀφθῆναι. Quo potentiore eſt facultate, eò minore exiſtens magnitudine, difficilimum eſt viſu:* (verba ſunt Philoſophi *de Soph. El. c. fin.* ubi ita pergit:) *Hoc autem reperto, facilè eſt adjungere & conferre quod reliquum eſt.* Et hinc artium amplificationes extiterunt; Sequens enim ætas, accepta, quaſi per ſucceſſionem, à multis per partes promoventibus, ſic auxit; ipsâmet fortunâ temporumque indole incrementa ſcientiarùm alibi adjuvante, alibi impediente. Experientiam affert temporis certæ operæ impenſa multitudo. *ἐκ δ᾽ ἐμπειρίας, τέχνης ἀρχὴ καὶ ἐπιστήμης. II. Poſter. Analyt. c. ult. t. 5. At verò ex experientiâ fit principium Artis ac Scientiæ.*

XIV. Igitur quicunque populus diuturniorem in prudentiæ judiciariæ cultu & complemento collocavit induſtriam, plus profectò in eâ præſtare valuit, quàm qui nullam, aut exiguam; aut non debito modo eam adhibuit. Omitto Perſas & ſuetum Regibus Orientem, ubi certa dominorum domus, ac ceteri ſervi: Ibi enim civilia, i. e. æqualitatem, ut par eſt inter pares, ſervantia jura non ſunt quærenda, ubi ſervilia ingenia. A Græciæ civitatibus ſanè ipſe Pop. Rom. circa annum ab V. C. 300. leges petiit: at paucæ illæ erant & generaliter conceptæ, adeoque interpretationis indigæ; *v. l. 2. §. 4. 5. ff. de O. I.* Quæ & excepit leges, earumque defectus emendavit; plurimis & maximis viris profitentibus Iuris Civilis ſcientiam, *d. l. §. 35.* Quam excolebant, aut tanquam aditum paraturam ad honores in Republ. adipiſcendos, & ad Remp. gerendam; *Cic. 3. de Orat.* aut ut honoribus & Reip. muneribus perfuncti ſenes, cum vires corporis deficerent, ingenio ſibi autore dignitatem priſtinam retinerent; cum de jure reſpondentium

domus

domus maximâ quotidie frequentiâ civium ac ſummorum hominum ſplendore celebrarentur: Adeoq; vel hac ratione ab ſolitudine domus ſuas vindicabant. *Non ut apud Græcos*, ait Cic. I. de Orat. *infimi homines mercedulâ adducti miniſtros ſe præbent in judiciis, Oratoribus, ii, qui apud illos πραγματικοὶ vocantur; ſic in noſtrâ civitate. Contra ampliſſimus quisque & clariſſimus vir. &c.* Idem II. de Offic. ait: *cum multa præclara majorum, tum quàm optimè conſtituti Iuris Civilis ſummo ſemper in honore fuit cognitio, atque interpretatio. Quam quidem ante hanc confuſionem temporum in poſſeſſione ſuâ principes retinuerunt.* Tot igitur ac tanti viri cum divinam ingeniorum ſuorum capacitatem in prolixam juris civilis perdiſcendi ſedulitatem demitterent; & ſub Auguſtis ad Reip. terrarum gentiumq; dominæ conſilia tractanda proveherentur; vid. *Franciſci Polleti Hiſtor. Fori. Rom. lib. V. c. VI.* longè feliciora nanciſci incrementa potuit Iurisprudentia apud Romanos, quàm apud Græcos, ubi ea *ancillula* erat *& pediſſequa Eloquentiæ*; quæ, cum & apud Romanos luxuriaret, quomodo in ordinem redacta, atque ex eo concinnior reddita rei judiciariæ ratio, oſtendit *Dialog. de Orat.* qui *C. Tacito* ſolet ſubjungi, *cap. 38. 39.* Cum itaque apud Græcos & Romanos nec paribus ingeniis, nec paribus præmiis excoleretur jurisprudentia, & Græci ſuos in re judiciariâ defectus non emendarent, ut Romani, impares quoque ea apud utrosque fecit progreſſus; Romanis in Græcos tandem ut Imperij, ita & prudentiæ principatum obtinentibus.

XV. Aliàs magni nominis fuêre tùm *Conſeſſus Amphictionum* apud Thermopylas, tùm *Areopagus*, de quibus vide *Joach. Steph. de Iurisd. lib. II. c. 7. 8.* ac inprimis Areopagitæ ab Ariſtotele laudantur, quod prohibuerint ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν. i. e. *Impertinentia in judicio allegare*, I. Rhet. I. n. 9. Nonnulla etiam præclarè fuerunt inſtituta de modo procedendi in foro Athenienſi. vid. *Steph. d. l. c. 9. 10.* Sed

mos ille cauſas agendi declamatorius ad opinionem magis quàm ad veritatem erat compoſitus; cui fini & Ariſtoteles opus ſuum Rhetoricum videtur accommodaſſe; congruenter genio ſuæ civitatis: præclariſſima aliàs cauſarum forenſium, veritati inveniendæ convenienter, dirigendarum præcepta tradens vel in ipſo limine operis; Vbi & fatetur, ſe *contraria perſuadendi rationem aperire, non ut utraque faciamus, ſed ut ne lateat, quomodo ſe illa habeat; & ſi quis alius injuſte eo dicendi artificio utatur, ſolvere ipſi poſſimus, quæ ab illo afferuntur.* In Iudiciis enim exaudiri debet oratio plena veritatis; nec tantum vera ſunt proponenda, ſed & adverſarius falſa proferens redarguendus. Ægyptii Iudices, referente *Diodoro Siculo Biblioth. ſ. rer. antiq. lib. 2.* bis audivêre litigatores; exiſtimantes accuſantium excuſantiumque altercatione, & *ſcriptis veritatem maximè elici poſſe.* Sane Oratorum ars, hypocritarum fraudes, lacrimæ periclitantium, multos à recto veroque judicio averterunt. —— Verùm *ſi adverſantium ſcripta penitus intelligantur, exiſtimârunt judicari rectius, veluti notâ veritate, poſſe.* Hic mos & per Germaniam paſſim receptus eſt, ut ſcriptis adeatur judex in judicijs, quæ ordinario proceſſu conſtant; ijs tantummodo cauſis, quæ de plano expediuntur, ore proponendis & defendendis.

XVI. Populi Ebræi & Germanicarum nationum Iura ſuo loco relinquimus: Sed tamen illa pars, quæ proceſſûs judiciarij rationem continet, in Ebræo jure vix comparet; vide tamen quæ *Ioach. Steph.* notat *d. tr. lib. I. c. 9. 10.* in Germanico antiquo nonnunquam perridicula fuiſſe deprehenditur, ſi conſideremus vel quomodo tempore Ottonis Imp. quæſtio juris controverſi per duellum deciſa fuerit. Adeò ut non ſine graviſſimâ ratione leges Rom. *robuſtam & validam eruditionem habentes,* uti de ijs teſtatur *ingenioſiſſimus Barclajus Icon. anim. c. 15.* in ſupplementum Juris

Lehman. Chr. Sp. V. 4.

Germa-

Germanici adoptatæ fuerint; ſanctis imperii noſtri fundamentis non ruinam, ſed ſalutem allaturæ; quamdiu gubernacula ejus tenuerint mentes divini humanique juris intelligentes & cultrices.

XVII. Quodſi denique conſtituendus eſt ordo tractandorum inter diverſos Principes ac Reſpublicas judiciorum, qui nec Romano, nec Græco, nec Germanico, nec alteri cuidam, ſuæ tantùm civitatis legislatori, acceptam ferat autoritatem; examinare oportet ſingulorum, qui Iuſtitiæ cultu præ ceteris floruêre, populorum inſtituta circa proceſſum; ſi unius gentis inventa forſan non undiquaque æternæ veritati conſentanea metuuntur; ex plurium enim, & à diverſis ingenijs traditorum, dogmatum collatione ac cenſurâ naturalia proceſsûs ordinandi inſtituta, & quæ ad finem ipſi naturalem (*Proceſſus enim judiciarius non propter ſemetipſum, ſed propter aliud, nempe ad lites rectè & celerrimè definiendas, eſt inſtitutus.* verba ſunt *excellentiſſimi Autoris* des Gründlichen Bedencken von den articulirten Claglibellen/) certiſſimam & breviſſimam continent viam, felicius dignoſci poſſunt; quàm ſi quis propriis tantùm velit præjudiciis niti, & eorum, qui ante nos in hoc ipſo judicandi genere ſapientes ſunt habiti, inventa negligere. Sin partes controverſæ compromittant in aliorum arbitrium; (exempla refert *R. Zoucheus Iuris & judicii fecialis Parte II. quæ agit de Iudicio inter gentes, Sect. 1. q. 1. n.* 2. & *Bodin. Meth. Hiſt. c. VI.* ait, Reges ac Principes exteros ab extremis Germaniæ, Italiæ & Hiſpaniæ orjs ad Gallorum Senatum, velut ad Sacrum æquitatis Aſylum, magno concurſu confluxiſſe; in ſpecie nominat Frider. III. Imp. cum Innocentio IV. de regno Neapoleos litigantem, & alios. Adde *Grot. de I. B. lib. II. c. 23. n. 8. & not. ibid.* Ita Dux Boruſſiæ quondam arbiter ſumtus inter Polon. & Dan. Reges, in controverſiâ Dioeceſeos Curonenſis, An. 1583.) hoc caſu arbitrorum prudentiæ ac fidei committitur acceleratio proceſsûs.

XVIII. Ju-

XVIII. Jura, quæ violata eſſe hujuſcemodi controverſantium alius contendit, alius negat, non ſunt ea quæ ſuis quisque ſubditis pro arbitratu conſtituit; ſed quæ aut ipſimet inter ſe paciſcendo conſtituerunt, aut quæ naturalis ratio inter omnes homines ac gentes, vel citra ſpeciale pactum, vigorem habere agnoſcit: Et ad horum tenorem inæqualitatis, gentium quietem turbaturæ, inſtitui debet reductio. Aſt *informatio* horum *jurium*, (ut termino in publicarum inprimis cauſarum agitationibus recepto utar) perinde ut proceſsûs ratio, periculoſius petitur ex meris propriæ cujuslibet mentis dictaminibus, ad priſcorum juris Antiſtitum, qui non magis *Iuris conſulti*, *ac juſtitiæ* fuerunt, rationes non reſpicientis; quàm ex rebus in ſimilibus negotijs jam olim prudenter judicatis, & deciſionibus ſummam æquitatem continentibus, ſive illæ ad ejusdem particularis Reipubl. ſive ad hujus Mundi civium, qualem ſe & *M. Antonin. Imp.* ferebat, cauſas pertineant. Conſentit dictis *P. AErodius, tr. de origine & autoritate rerum judicatarum*, quem proöemii loco præmiſit ſuis *Decretor. rerumve ap. diverſ. pop. ab omni antiquit. judicatarum libris*; Vbi ita loquitur, *Quicquid Romæ, Athenis, Syracuſis, Populus, Senatus, Iudex, Imperator, arbiter, in hac illâve causâ pronunciaverit, diſſimile quidem fortaſſe videbitur, quia ſit unum Catilinæ, aliud Epaminondæ, aliud Arati judicium: Sed quod iisdem mentis rationibus, & ad ſingula queq; jure, utili, honeſto, æquo & bono pro temporum, locorum, rerum, perſonarum circumſtantiis accommodato, terminatum deciſumque eſt; plane pro certo ac perpetuo jure habetur, & in omnibus cauſis ſimilibus legis vicem obtinet. Nam ſi quid iniq;, malo more, vi, ſordibus, & adverſus illam ſempiternam Legem atq; immutabilem, in Galliâ aut Hiſpaniâ judicatum, actum, pronunciatum eſt, non placet hoc Iudicatum appellare: — Sed Exemplum: in quo non veritatis, juſtitiæ, aut æqui & boni, ſed ſolius antea facti verſatur aliqua narratio. Et tum procul dubio, ut Iuſtinianus ait, non exemplis, verùm legibus judicandum eſt.* Ita ille; quibus præſenti tractationi finem imponimus.

SOLI DEO GLORIA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA